


1801
18





TRACTATIONES FEUDALES.

De

JURE FEUDALI
IN GENERE

ET

DE PERSONIS QUÆ
FEUDARE POSSUNT.

AUSPICIIS AC DUCTU

VIRI MAGNIFICI NOBILISSIMI

AMPLISSIMI & CONSULTISSIMI

DN. JOH. OTTON. TABORIS

Jcti eminentissimi, Serenissimi Hassiæ &c. alio-
rumque Principum ac Statuum Imperii Consilarii, Uni-
versitatis LUDOVICIANÆ Cancellarii lon-
gè meritisimi & Professoris primarii

IN ALMA LUDOVICIANA

Publicis Disputationibus excussæ.



GIESSÆ HASSORUM,

Typis FRIDERICI KARGERI. M. DC. LXVI.

Si

JURISPRUDENTIA

DE REBUS COEQUIS

LIBRARIUS

KOEN. BIBL.
DER
UNIVERS.
HALLE.



1.

mat
adm
F
mih
visu
ultra
galin
do c
A.B
ciliu
stud
nob
Dn
imp
lect
cele
hoc
ut. f
tus
inpr



Diss. Jan. Feud.

⁶⁸⁰ 680 - ⁶⁸⁴ 684. 684

⁶⁸³ I - ⁶⁸³ VZ

660 - 685

660 - 685

∞ 27

Land 28.


— 27.



1.

mate
adm
F
mih
visu
ultr
galin
do c
A.B
ciliu
stud
nob
Dn.
imp
lect
cele
hoc
tu.f
tus c
inpt





Ad lib. I. feudor:

P R Æ L O Q U I U M.

1.



N statutis inclutæ & Principalis hu-
jus Universitatis Ludovicianæ, summa
prudentia & accuratione conscriptis, titu-
lus 32. de *Jure Consultorum lectionibus*, in-
scriptus, ita habet; Professores juris huic
lectionum custodiant ordinem: *Primus*
vel primarius Antecessorum, consuetudi-
nes feudorum & connexam Regalium

materiam, nec nõ auream bullam & materiam jurisdictionis, quem-
admodum hodierno tempore in usu est, prælegat &c.

Hanc Spartham cum posthabitis aliis functionibus, gratiosissime
mihi oblatis, (in otio Musarum negotioso consensescere & si Deo
visum fuerit, extremam expectare mortalitatis horam desiderans)
ultro susceperim, post principia juris publici, atque adeo etiam Re-
galium doctrinæ exposita; Consuetudines illas feudorum, metho-
do dichotomica, usque ad constitutiones Imperatorias, nec non
A.B. eadem perspicuitate declaravi. Neque dubitarem, quod fa-
cilius foret, Commentarium etiam pleniorum, auribus aut calamis
studiosorum committere: sed quia crebræ intercalationes multas
nobis horas intercipiunt; quod difficilius mihi, utilius autem forte
Dn. studiosis futurum est, libros feudorum pleniorum commentario,
implorato divini numinis auxilio ita explicare conabor, ut singulæ
lectiones Dominis studiosis typis jam descriptæ exhibeantur, ut &
celerius progredi, & disputando tradita possint excutere. Ut v. Studiũ
hoc adeo necessarium reputat Dn. Rittershusius in *prolegom. par-
tit. feud. p. 9.* Ut sine eo nemo ne tolerabilis quidem Jure Consul-
tus dici queat: Obrechtus etiam in *præfat. lib. 1. feudor.* Nobilibus
inptimis in id incumbendum esse arbitratur: Ita tanto minus du-
bitare

(*Rumpas-
tur ut illa
Momo.*)

A

bitare



bitare debemus quin operam paucorum mensium, non usque male
simus collocaturi.

(De Inter-
pretibus ju-
ris Feudisti-
si ante Al-
varottum.)

2. Extant sanè in hos libros plures Commentarii, synopses
& disputationes, quæ veterum quæ recentiorum; Quorum anterio-
res recenset *Jacobus Alvarottus* in epist. dedicat. distribuens eos in
Glossatores, Summistas & Commentatores. Glossatores hos nominat,
Bulgarum & Pileum, primos: tum Hugolinum & Conradinum
(hunc eum Pileo pro antiquissimis laudat Cujac. 1. feud. 5. pag. 21. B.)
Simonem item Vicentinum, Jacobum Gofredum, ac postremo Ja-
cobum Columbum de Regio; post cujus industriam nemo amplius
glossas in jus feudorum scribere ausus sit.

3. *Summistas* appellare videtur eos, qui totam feudorum do-
ctrinam per compendium repræsentarunt; Quam operam primus
Pileus instituit: Cujus summam postea idem Jacobus Columbi in
melius (Alvarotti judicio) reformavit. Insuper varias scripserunt
summas, Johannes Faxioli, Odofredus Rolandinus, Johannes de
Brunosco. Job. Joh. Blancus; Gofr. Joh. Lector Martin. Syl. Jaco-
bus de Arena, Jacobus de Ravenna, Petrus Quésnel, Jacob Ardizo
Veronensis; quem non tantum ipse Alvarottus ut perfectissimum
Summistam laudat, sed & Hottomannus omnium feudistarum Co-
rrophæum pronuntiat. *cons. 32. n. 2.*

4. Commentatores denique Alvarottus eos nominare vi-
detur, qui textum feudalem ipsum ordine exposuerunt: Ut sunt
Jacobus Aurelianensis, Petrus de Cervi, Jacobus de Belviso, (quem
Doctorem perspicuum nuncupat) And. de Ifernica, (quem ab utili-
tate & redundancia magis, quam ab ordine commendat) Raynerum
Foroliviensem & Nicolaum de Neapoli, Descriptores illorum fa-
cit. Denique Baldum à practicis observationibus potius quam
ab ordine commendat. Hos ergò authores Alvarottus laudavit, qui
Patavii obiit anno 1453. Sequutus est hunc describendo Pancirol-

(Et post Al-
varottum.)

lus. 1. var. lect. 90. vers. feudorum volumen.
5. Non minor turba Dd. post Alvarottum in hos libros incu-
buit, sive officii ratione sive gloriæ cupiditate impellente. Pleriq;
tamè synopses & compendia maluerunt scribere, aut disputationes
quàm Commentaria: Forte quod operam illam censerent aut fa-
ciliorem aut utiliorem. Scripserunt tamè & ex recentioribus Com-
mentaria Joh. Anthonii de S. Georgio (qui quia Præpositus olim

3
fuerat Ecclesiae Mediolanensis, à multis Præpositus appellatur.)
Petrus Ravennas, Martinus de Caratis Laudensis. M. de Afflictis
Neapolitanus. Eguinarius Baro, Jacobus Cujacius, Fr. Hottoman-
nus, Fridericus Schenck Baro à Tautenberg, & Alii.

6. Quis vero Summistarum nomina enumeret, vel eorum,
qui Feudorum jura aut summatim aut alia methodo exposuerunt;
In quibus facile sane excellunt, Vulteius. Borcholdus. Wesen-
becius. Sonsbecius. Schraderus. Mozzius. Rittershusius, We-
senb. Obrechtus, Schneidewinus, & qui hos omnes ac plurimos
alios recenset ac diligentia superat, vasto Synopses opere, Ro-
senthalius. Ut de Schulzio & aliis recentioribus sileam. Qui-
bus accenseri possunt, qui tradita ista postea in theses redegerunt,
veluti Gifanius, Setserus, Schröderus, Finckelthufius, Reufnerus,
& qui omnibus palmam præripuit, G. Anthonius, cujus tradita mul-
ti hodie describendo imitantur; quem sanè & nos sequi explicando
mallems, nisi officii ratio, interpretationem textus desideraret; ac
fortè etiam necessitas.

7. De veteribus omnibus durum est Jacobi Cujacii præjudi-
cium, quando *lib. 2. feud. 14. pag. 862.* pronuntiare audeat; Inter-
pretes qui se in hac sola parte exercuerunt, omnium esse imperitissi-
mos. Forfan etiam in recentiorum *Commentariis* (de his enim, pro-
priè dictis, tantum hac vice loquimur; de synopsis & disputationi-
bus alibi dispecturi) animus studiosi vix acquiescat: Nam Hotto-
mannus totam Juris Feudisticirationem conturbare velut ex insti-
tuto aggressus est: Cujacius autem præterquam quod novam plane
partitionem instituit, non quemvis studiosum ad sacraria sua admit-
tit. De cæteris otiosum fuerit censuram exercere. Cum vix ullus
perpetuam methodi rationem *ritè* manifestarit, ætiologiam subje-
cerit, & jus controversum digito indice composuerit.

8. Cum autem perspicuitas explicationis in his partibus in-
primis consistat, *ut alibi demonstravimus*, tantominus pigriati fui-
mus, ordinem nobis in statutis præscriptum & ultro agnitum subse-
qui: Nequaquam absteriti illo Ecclesiastæ dictorio, quod ex c. ult.
novis *Commentariis* opponi solet. *Dasß desß Bücherschreibens
sein Ende sey.* Quod etiam Andreas Isernia commodis rationibus
declaravit & excusavit *in præm. Comment. sui. n. 1.*

(De metho-
do librorum
feudaliū.)

9. Et quantum quidem ad methodi causam attinet, cuius ubi-
que rationem habendam esse etiam Feudistæ monent. v. *Laurent.
Sylvan. de feudi recognit. q. 1. n. 2.* Cum plerique omnes veteres &
recentiores de ea desperarint, unus & alter superioribus demum anis
parum felici successu attentavit: Nemo autem per omnia titulorum
capita produxerit: Magnopere cupimus ea quæ in generali expo-
sitione demonstravimus, heic repetita. Hac enim vice de speciali
singulorum titulorum Analyfi potissimum erimus solliciti: Præ-
supponentes ex traditis capite 3. prioris tractationis, primi libri au-
thorem esse Gerardum Nigrum Capagistum: posterioris v. Ober-
tum de Horto, ut suis locis pluribus demonstrabitur.

10. Evoluturi itaque primum jurisprudentiam feudalem Ger-
hardinam; Præsupponimus denuò, in ea concinnanda, & ipsum
Gerhardum non plane à methodo versatum fuisse; Sed certam ali-
quam methodum sibi proposuisse; Id quod plurima hujus libelli
loca ostendunt, Et ipsa tractatio evidentius patefaciet. v. tit. 1. pr. ibi:
Quia de feudis tractaturi sumus, videamus primum. Item. §. 1. ibi:
Et quia vidimus de personis. porro tit. 5. Quia supra dictum est
amplius tit. 8. ibi: Sequitur de successione feudi. iterum tit. 15. vers.
Hoc dicimus. Itemque in verbis: Sicut inferius dicemus. Ipse
etiam Imp. Lotharius tit. 19. primum agendum esse tradit de feudo
constituendo, deinde de transmittendo (sive continuando per suc-
cessionem) & demum de culpis, i. e. exponenda esse juris hujus &
consentanea & dissentanea s. contraria.

11. Licet autem doctissimi quique viri de perturbatione atque
confusione horum librorum plane desperata conquerantur. v. *Ja-
cob. Belvisan. Alvarottum. & alios ad tit. 1. lib. 1. Duaren. de feud.
sap. 1. n. 1.* Unde Baldus ad horum librorum explicationem tum
demum processisse dicitur, cum jam ante ultra annos. 40. jus civile
docuisset. Ostendemus tamen, adhibita analyticae methodi Ariad-
neo filo plerasque difficultates eum Deo posse discuti, & insperatam
lucem ex desperatis tenebris educi.

12. Dispersi autem potest tota hæc jurisprudentia Feud. Gerhar-
dina, haud incommodè in Dicæopædiam & Nomothesium. Di-
cæopædiam dicimus, ipsum doctrinæ feudalis compendium: No-
motheticam autem; Constitutiones Principum & responsa pru-
dentum,

dentum, quibus doctrina hæc veluti iuffulcitur & corroboratur.
Qua in re Gerhardus imitatus videtur quadantenus exemplum Ju-
stiniani in procem. Inst. §. pen. ubi Imp. dicit. Se Institutiones ju-
ris (1.) ex multis Commentariis colligere iuffisse (2.) Eas collectas
sibi oblatas fuisse: Selectis autem & recognitis Imperatorem plenif-
simum constitutionum Imperialium robur attribuisse vel accom-
modasse.

Licet autem hoc robur Institutionibus suis Gerhardus appen-
dere non potuerit, uti privatus: Ostendere tamen hac adiectione
voluit, se nihil protulisse, quod non legibus aut moribus vel juri re-
cepto congrueret, *vid. qua notab. infra ad tit. 19.*

13. Dico pædia iterum in duas partes abit, quarum prior est
theorica, altera practica. Theorica exponit Feudorum naturam in
causis tum primis tum ortis. Primæ uberius cognitionis gratia
subdistinguntur in consentaneas & contrarias: Consentaneæ per-
tinent ad feudorum tum constitutionem tum probationem & demon-
strationem. Siquidem paria sunt in practicis ejusmodi negotiis,
non esse & non apparere l. Duo. 36. de testam. tutel. l. in lege 77. de
contrah. Emt. Surdus. decis. 149. n. 2. Damhud. loc. comm. parium,
sub tit. esse & apparere. Wesenb. in parat. de probat. n. 1. vers. Nam
que probari. Eaque methodo, cum aliis Ordinis studiosis, etiam sæ-
pe in explicandis rerum causis utitur Ingeniosissimus Wesenbec,
nempe ut non tantum formam constituendi sed & probandi simul
exponat. v. Comment. Cod. de obligat. & action n. 40.

14. Causa constitutiva feudi est Investitura 2. feud. 1. inf. de
cujus definitione agitur. d. lib. 2. tit. 2. Fit ea vel in feudo proprio vel
improprio. Quomodo fiat in feudo proprio exponitur. In tit. 1.
Cujus resolutionem cum explicatione analogica jam subjiciemus.

Analysis Tit. 1. Specialis.

1. DICTUM est supra, Gerhardum jurisprudentiam suam ordiri
statim à causa constituyente, investitura. Neque de defini-
tione aut aliis præceptis sollicitum esse; Sed ea inter præcognita
habuisse, exemplo Aristotelis qui nec Logicæ nec Physicæ nec Ethi-
cæ doctrinæ definitiones præmisit.

2. Cum autem feudum sit jus quoddam usufructui simile.

A 3

2. feud.

2. feud. 23. v. *Antho. disp. 1. th. 2. lit. C. pag. 11.* non incommode eadem, quâ alia jura, methodo pertractatur, Et vel ea quam l. ult. de LL. præscribit: quæ omne jus aut in acquirendo aut in conservando aut in minuendo (h. e. quod Ramistæ vulgo dicere solent, in consentaneis & dissentaneis) considerat.

3. Acquiritur feudum per Investituram, conservatur & continuatur per successionem. 2. feud. 1. amittitur per feloniam.

*De rubr. &
Inscript.
tit. 1.*

4. Investitura consideratur hoc loco & subjective & formaliter, ut innuit rubr. *De his qui feudum dare possunt & qualiter acquiratur atque retineatur.* Alvarottus olim ita hunc tit. inscriptum fuisse memorat. *Quib. mod. feud. acquiratur & retineatur.*

5. Similes inscriptiones in jure frequenter occurrunt; in *Inst. lib. 1. tit. 14. Qui testam. tut. dar. poss. lib. 2. tit. 12. Quib. non est perm. fac. testam.* Clarius in tit. D. Qui testam. fac. poss. & quemadmod. testament. fiant. Qui tit. in Cod. in duos divisus est, quorum prior ita habet. *De his qui testam. facere poss. vel non lib. 6. tit. 22. Posterior ita: De testamentis & quemadmod. testam. ordinentur tit. 23.*

6. In ipsa quoque tractatione sæpe hic ordo servatur, ut primum de personis; juxta autem de forma agatur, & agendum esse moneatur. l. 4. de testament. l. 14. de jure Codicill. l. 4. de Usucap. l. 1. de doli mali & met. except. l. 1. pr. ad Sct. Trebell. l. 1. §. 15. de O. N. N.

Ad pr. Quia de feudis.

7. **U**nde ratio consequentiæ, cur feudista tractaturus de feudis, primum de personis agendum esse censeat, patescit: Nempe cum hominum causa omne jus constitutum sit. §. omne autem jus. ult. l. de I. N. G. & C. §. 38. l. de Rer. divis. l. 2. de statu hom. Ideoque non prius ratio juris, quam personarum quærenda. l. quidam. 14. de jure Codicill. l. Titia. 34. solut. matrim. *Antho. disp. 2. th. 1. lit. a. Diss. Finckelth. disp. feud. 3. th. 1. qui cum P. Gregorio & aliis, de rebus primum tractandum esse statuit. Quod refutavimus in Element. partit. partis 2. pæfat.*

8. Quia vero Investitura est actus æquus & translativus Domini utilis s. juris dominio similis, ideò necessario considerandæ sunt personæ



7
personæ tum conferentes tum acquirentes. Conferentes personæ
sunt vel Ecclesiasticæ vel seculares.

9. Acquirentes sunt Vasalli: Qui aliter (saltem ratione ef-
fectus & juris plenioris) feuda acquirebant jure Veteri, aliter jure
novo. Quod utrumque h. t. exponitur eo commodius, Quia in-
de etiam causa remota hujus rei elucescit, ut in resolutione singulo-
rum paragraphorum plenius declarabitur.

Ad tit. i. inscript.

AD verba: *Incipiunt consuetudines feudorum.* Vox incipiunt non
videatur esse ipsius Gerhardi. Licet Laudensis in proœm. n. 2.
aliique vet. res, illud tanquam συνηπιον vel conjunctivum aut con-
tinuativum ad volumen Novellarum, accipiant. Utcunque vero
Interpretes ita libros juris connectere soliti sint; Ut Novellis in
novem collationes (hoc est partitiones συμογὰς vel compositio-
nes, collatarum in unum fasciculum constitutionum. v. *Rittershus.*
proœm. Novel. cap. i. n. 20. aliter *Math. Stephan. in proœm No-*
vell. n. 40.) distinctis, Feudorum jura tanquam novam & decimam
adeo partitionem adjungerent. Verisimile tamē non videtur, Gerhar-
dum ipsum librum suum, ita exorsum fuisse. Rem totam exponit O-
dofredus his verbis: Cum Imp. Fridericus II. mandasset Dd. le-
gum, civitatis suæ, ut constitutiones feudorum curarent (S. apta-
rent) sub convenientibus titulis: Dominus Hugolinus, qui ea æta-
te florebat maximè; post nonam collationem h. e. post Novellas
Justiniani, posuit librum feudorum & omnes Constitutiones Fri-
derici antiqui & junioris h. e. primi & secundi & aliquas leges Con-
radi Imp. Idque vocatur collatio decima. *Conf. Osterman. Synops.*
feud. th. i. Quin & XI. collationem nonnulli adjecerunt & confe-
cerunt ex capitulis feudorum Extraordinariis. Barthol. h. Cæterum
quia posteriores Interpretes diversitatem jurium maximam anim-
adverterunt, ideo sensim ab ista nuncupatione recesserunt. v. Bald.
in prelud. feud. n. 3.

Ad

Consuetudines feudorum.

1. **L** Audensis in proœm. n. 2. cum aliis, etiam ex his verbis connexionis rationem petit, & quidem talem proponens: In præcedentibus dictum esse de jure scripto: restare inspectionem de jure non scripto: Verum quia hæ consuetudines (1.) non sunt populi Romani; Sed Longobardici.

Continuationis ista ratio non usque quadrat. Deinde non tantum jus non scriptum his libris exponitur; Sed & Constitutiones Imp. & bullæ Pontificæ. v. *Anth. disp. 1. th. 1. lit. g. & h.* Rectius itaque cum communi dicitur, inscriptionem istam à potiori parte sic factam esse, cum *Vultei. cit. ab Anth. d. th. 1. lit. a.* & continere jus novum tum ratione objecti, (quia Romanis feuda minus fuerunt cognita aut usurpata. v. *Anth. d. th. 1. lit. C. Joh. Georg. Besold. 14. d. m. 13. integra de Origine feudorum disputatione*) tum ratione efficientis *uti. d.* Nec obstat text. 2. feud. 1. ubi jus feudorum legum vocabulo indigetari videtur. Intelliguntur enim Leges Longobardorum scriptæ in Lombarda *ut ibid. plurib. Deo volente exponemus.* Ab hac communi sententia dissentit Schraderus & arbitratur consuetudines redactas in scripturam esse jus scriptum. 2. part. 9. sect. 3. pag. 541. n. 110. & seqq. (*quem sequitur Dn. Carpzov. disp. feud. 1. th. 3. f.*) Hoc præcipue argumento inductus: Quod consuetudines istæ oculo corporali legi possint ut scriptæ num. 114. &c. Sed fallit aut fallitur Schraderus vocis æquivocatione. Scriptum enim jus appellatur (1.) vulgariter & Grammaticè; quo sane sensu consuetudo memoriæ causa in scripturam redacta, scripta vel scriptum jus dici potest. (2.) juridicè & accuratè pro eo jure quod expressa sanctione publicatū & in scripturam redactam fuit & olim æneis tabulis v. l. 8. *ibi: Qui tabulam æream legis refigerit. Ad L. Iuliam peculatus.* in scriptum; aut in albo propositum, non tam memoriæ, quam constitutionis causa §. 3. 9. & 10. *Inst. de jure nat. gent. & Civ. Duaren. de feud. cap. 1. n. 3. Hanneon. lib. 1. cap. 1. Amaya ad rubr. & l. 2. C. de Excusat. muner.*

3. Solent hac occasione vexari Candidati in examinibus qui sibi titulum. U. J. D. conferri postulant. Interrogati nimirum an
non

non etiam iuris feudistici notitiam profiteantur? Verum quaestio ista continethyperbaton. h.e. figuram verborum non suo loco positorem. v. Charis. Instit. Grammat. lib. 4. aut mutatione significationis ex immutato ordine fallentem, uti ex Quintiliano dehnit Causinus lib. 7. p. 309. vel certè plures quaestiones implicat: prior enim quaestio est concepta de causa effie. quando Doctores. U. I. Casareus & Pontificii creantur. can. Duo sunt. 10. dist. 96. Posterior de objecto feudis concepta est, quod objectum sub utroque illo continetur. v. in iure Canon. lib. 3. tit. 20.

4. Notandum autem est, consuetudines istas feudorum generales esse, atque omnes Imperio Romano subiectos obstringere uti mox dicemus: Nisi qui speciales consuetudines circa feuda vel suo Marte acquisiverunt vel conniventia Imperatorum introduxerunt, ut Galli & alii Exempti H. Grot. lib. 2. de iure bell. & pac. cap. 7. 8. 21. aut indultu peculiari obtinuerunt ut Saxones & Suevi v. Dn. Struv. disp. feud. 1. th. 6.

Tit. I. De his qui feudum dare possunt,
Ad verb. feudorum.

1. **V**ocabulū feudi alii ex Latino alii à barbaro idiomate accersunt. A latino inquam verbo vel Fidei vel foederis. à barbaro idiomate alii; & vel (1) à faida S. feida, quæ hostilitatem notat. Ferrar. Montan. ad 1. feud. 1. P. Gregor lib. 6 syntagm. c. 2. n. 2. Cui respondet Germanorū *fehde* [unde *befehden* / *fehden* *Brief* / & alia promanant. v. Reusnerum disp. 1. de feud. th. 35.] Ratione eā quod per occasionem bellorum & hostilitatem feuda orta sint. Unde in LL. Salicis *faidosus* pro bellicolo aut cōtentioso *der Kriegerisch und jänctisch* ist usurpatur. in Capital. Caroli M. pag. 353. §. 2. Loca alia Lindenbergh. in indice sub hoc verbo annotavit.

(Feudum unde appellatum sit.)

2. Alii à Germanico *fūden* / vocem deducere malunt, quod pascere denotat, uti ex Beust. & Rittershus. refert. Reusner. d. disp. 1. th. 37. quam Etymologiam in primis laudat & tuetur Martinus in Lexic. hac voce. (3) Alii à Germanico *Volgt ut Vigel*. Referente Reusnerod. disp. 1. th. 38.

3. **N**Os hic merito primam Etymologiam ut communiorem ita veriolemur. per text. 2. feud. 3. inf. ibi: Cum à fide vel

B

de vel

de vel fidelitate feudum dicatur: nempe gradatim & per detorsionem. Itali enim fidem *fede* appellant, à qua haut dubie Longobardi vocem eam porro in *fedum* ac porro in feudum detorserunt v. *Antho. d. sp. 1. th. 2. B.* (2) Facit quod & Galli feudum *fief.* à fide dicunt. Nec immerito si res à causa formali appellatur, cum forma rei & esse & nomen regulariter tribuat, post *Ardizon. Afflict. & caeteros commun. Rosenth. cap. 1. de feud. concl. 5.* subaudiendum autem est, prædium quod scilicet non liberum, proprium & mere patrimoniale, aut allodiale sit: Sed feudum s. feudum: h. e. fidei & fidelitatis vinculo innexum: quemadmodum ex aduerso liberum prædium aut aut patrimonium dicitur, allodium, q. all. (id est omnino) lōdig & liberum: uti ostendemus ad 2. feud. 17. in f.

Homonymia feudi)

4. **H**omonymia vocabuli feudi exponitur ab *Anthonio. d. disp. 1. th. lit. S.* sumitur autem (1) Efficienter pro Contractu per quem jus in re, vasallo constituitur *1. feud. 28. cap. 1. lib. 3. Jur. Canon. tit. 20.* (2) Objectivè pro re feudali s. ipso feudo. *1. feud. 4. cap. 1. §. ult.* (3) Effectivè pro jure ex feudi constitutione resultante; eoque tum directo. *2. feud. 34. cap. 1.* tum utili. *2. feud. 25. §. 1.* In hac rubr. videtur accipi objectivè q. d. von den üblichen oder gewöhnlichen Rechten der Lehengüter Alibi vom Lehenrecht: v. g. Sächsisch Lehen Recht / Meckelburgisch Lehen Recht &c. Caterum occasione verborum jam supra expositorum

Quia de feudis tractaturi sumus.

1. **Q**uis hic loquatur, sive verborum & libri istius author sit? Alii nec *Oberti* nec *Gerardi* esse contendunt, sed *rapodiam* constitutam ex variis libris *Studioforum*, qui in foro *Mediolanensi* versabantur. Ita *Duaren. cap. 1. de feud. n. 4. vers. Est ergo conf. Hottom. Rittersh. 1. feud. 1. q. 7. Ruding. 1. quest. 3. f.* Sed refutantur aperto textu *2. feud. 1. 23. 26. §. 2. vers. Illud.* aliisque locis & argumentis.

2. Hinc alii utriusque libri Authorem faciunt *Obertum* de *Orto*, ut *Isernia* in prælud. feud. n. 6. vers. *Causa efficiens. Johan. Anton. de St. Georgio in præem. feud. pag. 6. vers. Est sciendum hujus libri*

libri Conditorem fuisse Obertum de Orto. itemque Eguinarius Baro, qui ideo Commentarium suum in feuda sic inscripsit: *Eg. Baroniorum ad Oberti Ortensii consuetudines feudorum s. de beneficio commenta libri duo conf. ibid. pag. 1.*) add. *Marant. Molin. Wesenb. in proœm. feud. n. 2.*

Sed refutatus fuit Baro, jam olim à Collega Cujacio, licet suppresso nomine, statim *in proœm. comment. feud. Cujus collectione non satis videntur expendisse, qui eã tam audacter ut ineptam reiecerunt: Sic enim satis fortiter colligitur: Cui sententiã in hoc libro primo expressè disertè & nominatim imputantur, is verisimiliter est author hujus libri, nemine alio apparente. Atqui plures sententiã in hoc libro extantes alibi Gerardo imputatur. Adde quod lib. 2. planè novam tractationem ab ovo auspicatur, Ita ut illi prior & præcedens nullatenus cohæreat nec aptari possit.*

Nec obstat quod Obertus. 2. feud. 26. §. 2. vers. *Illud tamen scribit. Se alium libellum condidisse. Nam imò duos ille libellos de feudis confecit, quorum prior concluditur tit. 22. posterior progreditur usque ad 27. Licet postea Hugolinus utrumque in unum conjecerit. vid. Laurent. Sylvanus de feudi recognit. quest. 1. pag. 17. num. 32.*

3. Itaque librum hunc Gerardo Negro Capagisto consuli olim Mediolanensi communi calculo recte adscribi *cap. 3. Generalis & Synoptica expositionis* meritò adseruimus, imò abundè probavim⁹. Nimirum occasionem huic compilationi haut dubie præbuit. Fridericus I. Imp. Ænobarbus vel Barbarossa vulgo dictus, qui circa A. C. 1158 Roncaliis in Italia circa Placentiam & Cremonem in dicitur conventum Principum & Civitatum Longobardiæ, ut cognosceretur, quæ essent Regalia Imperatoris 2. feud. 56. Et quæ item Vassallorum ac Civitatis. Huic Conventui interfuerunt etiam Consules Mediolanenses Gerardus Niger Capagistas & Obertus de Orto uti narrat Otto Frisingensis Imper. Contemporaneus lib. 2. cap. 12. *ibi: Aderant Cumanorum & Laudensium Consules, de Mediolanensium superbia facientes querimoniam presentibus duobus Consulibus eiusdem Civitatis. Oberto de Orto & Gerardo Nigro, Consonat Guntheri carmen lic. 8. vers. 590. de Friderico isto. I. concepti*



Mox de communi feudorum jure (quod illa
Perspicuis nondum scriptis expresserat ætas)
Has dedit & scriptis voluit notescere leges.

Homogenea tradit Sigon *lib. 1 2. histor. de regn. Ital. in Friderico. Anno 1159. p. 302. ibi*: Postremo de jure feudorum diligentius sanctum est, de quo nullum dum apud Italos scriptum accuratius erat: resque ad insignem iniquitatem pervenerat. Eod. tempore etiam Auth. habita C. Ne filius pro patre à Friderico latam prodit: *ibid.* Cum ergo Curia Mediolanensis (1) fuerit præcipua (2) Oberti de Orto nomen in *lib. 2. diserte præferatur.* (3) Gerardi ut Collegæ sæpè cōjungatur *2. feud. 25. vers. Respondi. tit. 28. pr. tit. 32. 34. 36. tit. 51. §. 1. & alibi.* Id vero postea ideo abolitum videatur, quod malè de Majestate Imperatoris & Civitatis meriti & nomen & memoria fuerit abolita. *v. Gunther. lib. 2. ib.*

*Hoc stupefaeta malo plebes, cladisque futura
Territa primitiis, jam nunc presentia damnans
Et ventura timens, Gerardi consulis ades
[Quippe hic præcipue famosi criminis auctor
Et sua sor fuerat] rapido fremebunda tu multu
Diruit.*

(4) Quia denique sententia de L. Commissoria ab Oberto relata & refutata *2. feud. 5. §. similiter feudum. 6. diserte tribuitur, Gerardo, Nigro: extat autem manifeste in lib. 1. feudorum. tit. 27.* Ut & alia extans *1. feud. 8. rejicitur in §. 3. d. tit. 51.* Itaque non levi argumenti sententia ista (à Radevico etiam aliisque Historicis suffulta) niti videtur. Pro qua etiam sic argumentari liceat à parte ad totum: Cujus libri pars certò & nominatim adscribitur Gerardo, ille liber totus est ejusdem authoris, nisi alius liquido ostendatur. *arg. l. Qui Procuratorem. 57. de procurat. l. 3. §. 24. De Sct. Silan. 1. feud. 11. Cl. Cantinneula in topic. legal. l. 6. Schiokard. in Logic. Jurid. l. 21. n. 7.* Atqui non tantum *tit. 9. & 27. lib. 1. feud.* Sed & alias supra designata loca Gerardi esse, constat ex allegatione authentica. Ergo totus liber primus tanti per erit Gerardo tribuendus; donec alius author ostendatur.

4. Errant qui hujus traditionis authorem faciunt Cujacium illique quatuor tantum libros assignant. Communiorem enim hanc traditionem fuisse testatur Alvarottus *in epist. dedic.* Licet
postea

postea in *proem. n. 5. & 1. feud. 19.* solius Oberti nomen exprimat, vel ob eam quam dixi causam, vel quia postea tempore Friderici Secundi, volumina hæc revisa sunt & recognita: quemadmodum cum Baldo scribit Præpositus in *proem. pag. 6. a.* ibi: Fridericus Junior, misit has Constitutiones ad hanc insignem & regiam Civitatem Papiæ, ut Doctores illius eas redigerent sub congruis titulis. Et ita fecerunt congregati in Ecclesia S. Petri in cælo aureo. Sicque in una compilatione hujus libri positæ sunt consuetudines feudales & omnes Constitutiones Friderici Imperatoris & Senioris & Junioris nec non & aliquæ leges Conradi. *Hæc Præpos.*

5. Traditionem istam, iisdem penè verbis expressit ex peritis historiarum & antiquitatis Pancirollus. *1. var. lect. 90. vers. verum hæc & seqq.* & pro certa commendavit Goldastus (quem H. Grotius rerum Germanicarum peritissimum, deque Imperio, si quis unquam bene meritum, laudat. *lib. de Imperio summarum potestatum circa sacra. cap. 1. pag. 13 & cap. 7. pag. 140. quemque legere præstat ex fundamentis differentem, quam seductores per sophismata juventuti historiam juris in Germaniam introducti corrumpentes*) in *præfat. part. 1. der Reichs sachen. sect. 2. §. disp. 11. inf.* Ubi cum ostendisset, tam insignem esse Corporis Juris Justiniani librum, ut nullum præstantiorem orbis terrarum, post sacra Biblia, ac ne parem quidem habeat, ex quo omnes leges provinciales, Gothorum, Longobardorum, Saliorum, Burgundiorum, Alemannorum, Baimriorum, Ripuariorum, Anglorum, Saxonum, Frisonum, Westphalorum & c. (addere poterat Danorum, Suecorum, Hungarorum, Polonorum & c.) natæ sint, subjicit de jure feudistico verba seqq. *Die Lehen Rechte sind gewesen unterschiedene Gebräuche / wie die Landrechte bey den Ubralten Teutschen / erstlich ist ein systema derselbigen gemacht worden vom Gerardo Nigro & Oberto de Orto beyden Burgermeistern zu Wentandt / und Kayser Friedrichen dem ersten præsentiret / welcher es denn mit Rath und Consens, der Fürsten und Stände des Reichs auff dem Reichstage zu Rongall umb das Jahr 1230 überlesen / revidirt und approbirt & plenissimum Imperialium constitutionum robur accommodiret.* (*forte 1203*)

Non obstat quod continuator Ottonis Frisingensis, Radevicus, Canonicus Frisingensis *lib. 2. continuat historia. c. 5.* scribit, Fridericum in Comitibus etiam adhibuisse Jctos Bononienses, Bulg-

Anno
a est,
sque
auth.
Cum
Orto
è cõ-
s. 1. &
Maje-
rita.

elata
ardo,
& a-
men-
) ni-
tum:
le li-
rg. l.
d. 11.
n. 7.
defi-
Ergo
alius

cium
enim
Licet
astea



rum, Martinum, Jacobum, & Hugonem, legum in Civitate Bononiensi Doctores & multorum auditorum Præceptores. Quod & Baronius ex Ottone Morena refert in anno 1158. §. 7. & Cujac. 1. feud. 12. vers. Nec enim illi duo soli. Loquitur enim Radevicus ibi de Assessoribus iudicii, cum quibus Imp. causas Civitatum audivit, discussit & negotia terminavit ut Radevicus. d. cap. 5. loquitur. De legislatione autem agit Radevicus ipse cap. 2. Ubi Imperatorem sic loquentem introducit. Nostis, quod jura civilia nostris beneficiis in summam provecta, ac moribus utentium approbata (Nostent hoc Novatores de anno 1159.) satis habent roboris: Regnorum a. leges, in quibus quod ante obtinebat postea desuetudine in umbratum est, ab Imperiali remedio vestraque providentia necessum habent illuminari. Sive ergo jus nostrum sive vestrum in scriptum redigatur, in ejus constitutione considerandum est, ut sit honestum &c.

7. Unde apparet licet jura ista privata auctoritate collecta sint: Quia tamen ea collectio Imperatoris jussu facta, ac approbatione corroborata, atque dehinc in forum & Scholas producta fuit: Omnes Imperii subditos, quatenus exempti non sunt, obstringere, veluti Isernia, Præpositus, Alvarottus, Sylvanus & cæteri in suis præludiis abunde docent. & nos ad 2. feud. 1. pluribus Deo volente. v. interim Anthon. disp. feud. 1. th. 1. lit. M.

Feudum dare possunt Archi-Episcopus] Quæritur hic, cur Feudista particulari hac personarum enumeratione utatur, cum feudum sit beneficium 2. feud. 23. Quod conferre in proximum, est ex genere permissorum, adeoque cuilibet licitum est, nisi difertè prohibeatur. l. Murus 43. §. 1. de Procurator. VVesjenbec. in par. de pact. n. 5. vers. Pacisci autem omnes possunt. Unde recentiores Feudistæ generalem hanc regulam tradunt: Feuda omnes dare posse qui liberam rerum suarum habent administrationem Schulz. de feudis cap. 4. n. 2. cum allegatis Dn. Ludvvel. cap. 5. de feud. pag. 110. & plerique alii per textum 2. feud. 5. vers. Nisi. Etiam rusticum, uti per auctoritatem Alvarotti & aliorum statuit Anthonius disp. feud. 2. thes. 2. C. Schulz. d. cap. 4. de feud. n. 26. Ludvvel. cap. 5. pag. 135. Observant Alii ex hoc textu: Olim non ita fuisse comparatum, nec licuisse omnibus feuda dare, sed his tantum quibus vel dignitas vel nobi-

nobilitas vel antiqua consuetudo id tribuisset: Quibus temporibus utique indecorum visum fuisset, ut rusticus sub se Vasallos & milites haberet. *Inquit Obrechtus lib. 2. feud. cap. 1. n. 7. hunc textum & 2. feud. 10. horsum allegans.* Atq; ita etiã cum Vultejo docet ipse Anthon *diff. feud. 2. rh. 2. lit. a.* priscis scil. temporibus nemini solum aut concessum fuisse feuda erigere & indulgere aliis, nisi quis simul Magistratum Creandi & bellum gerendi potestatem haberet. Unde dubitare licet de communi illa traditione, qua asseritur: *feuda omnes dare posse, qui liberam rerum suarum habent administrationem,* atque adeo etiam rusticum. Siquidem (1) in opposito textu *2. feud. 3. vers. Nisi tamen,* nulla apparet claufula abrogatoria, adeoque juris immutatio non præsumenda; sed docenda est, *arg. l. si quando 35. C. de inoffic. testam. l. 27. C. de testament. l. 32. C. de Appellat.* (2) Obertus de Orto non disputat ibi de dignitate investientis; an nobilis vel ignobilis investituram facere possit; Sed potius de ætate, indicans; Investituram de feudo veteri etiam à minorenni fieri posse, licet is plenam bonorum suorum administrationem nondum habeat. Quia scil. alienare non intelligitur qui facit Investituram de feudo antiquo, *ut Alvarottus addit. 3. n. 4. ratiocinatur.* Novi autem feudi Investituram non ab alio recte fieri, nisi ab eo, qui legitimè (i.e. pleno jure) bonorum suorum administrationem (& dispositionem s. disponendi facultatem) habet. Adeoque minor id facere non poterit. Eoque respicit etiam ratio & conclusio subiecta: qui enim, *inquit Obertus,* qualibet ratione aliquid, de suis rebus impeditur alienare (ut minorennis) is nec per feudum poterit Investituram facere. Unde apparet *rationem negativam, ad certum subiectum sive questionem particularem respicientem,* perperam in propositionem universaliter affirmantem resolvi: Quod omnis qui bonorum suorum liberam administrationem habeat, licet reliqua attributa ei minimè convenient (ut est milites conducere, curias instituere, ac cætera dignitatis emblemata exercere) feudum tamen erigere queat. Non est n. propositio ista convertibilis, neq; sic rectè collegeris. Quicumque feudum dare potest, is liberam bonorū suorum administrationē habet, & vice versa *q. lib. f. a. b. is feudū dare potest.* Licet ipse *Rittershusius sic colligat lib. 1. partit. cap. 5. q. 2. Veleni ex analysi d. tit. 3. liquidius apparebit.* Deprehendit hoc exactè

Da.

(2. An & rusticus feuda institua-
re & conferre possit.)

Dn. Bitschius in *Comment. M.S. ad eum locum in nota. 3.* Tertio inquit notandum est. Doctrinam principalem hujus Capituli proprie non esse *Quinam feudum & investituram facere possint, sed potius; qui non possint.* Vel quod idem est, sive perinde valet. Non quid sufficiat: Sed quid requiratur in eo qui Investituram facit. Male itaque ex hoc loco generis argumentatio educitur, adeoque majore errore ad destruendam sententiam hujus loci & induendum absurdum usurpatur. Licet autem Alvarottus regulam d. text. etiam affirmativè concipiat & universaliter *n. 2. vers. Notat. Quod quicumque.* Tamen de rustico non audeat subsumere. Quippe quem novit arma portare & militare ipsummet non posse; Tantum abest ut milites & vasallos queat conducere & facere semper expeditos & ad omnia expeditionum genera paratos. Nec juvat dissentientes quod dicunt: Ingenuis hominibus non esse intercipiendam facultatem libere de rebus suis disponendi. *l. 2. inf. si quis a parent. manumiss.* Respondebitur enim: Dispositionis istius libertatem intelligendam esse *in terminis habilibus*, ne illa in proprium multo minus Reipublic. damnum aut dispendium vertatur *§. ult. vers. Et recte. Inst. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Atqui in Reipubl. damnum haut dubie cederet, si rusticis locupletioribus concederetur, agros deferere, milites conducere eosque sibi ad fidelitatem, servitia militaria, obsequium, & reverentiam per beneficia feudalia obstringere, & plane curias feudales erigere. Quæ res & ordinem statumque Reipubl. everteret & turbis atque seditionibus occasionem præstaret. Itaque merito ab hac traditione recesserunt Nicolaus de Neopoli *ad lib. 2. feud. in pr. vers. Novi:* Paulus à Monte Pico *adh. t. n. 34.* Duarenus *de feud. cap. 6. n. 9.* Fachinæus *7. controuv. 74-* Martinus Bonacina *theolog. moral. tom. 2. disp. 3. quest. 8. punct. 3. n. 1.* Inter alias rationes hoc præcipue textu nostro utentes. Quod scil. feudista in eo loco, ubi præcipue & ex Instituto de his personis agit, quæ feuda aliis dare possunt, eorum tantum meminit, qui sunt in dignitate constituti. Item quia Dominus in Vasallum Jurisdictionem exercere solet *2. feud. 15.* quarum neutra in rusticum, ut talem, cadit. Ita Obrechtus ipse contrariæ sententiæ non nihil deferens.

d. l. 2. c. 1. n. 70.

Antequam ad alia progrediamur reliqua argumenta, quæ, pro rusticorum habilitate ad terri solent, discutienda veniunt periculum facturis, si tam absurda sententia, communis opinionis Herculi, tandem queat eripi. Nimirum urgent Communopinistæ, quod *in tit. 7. hujus libr.* Etiam minores imo minimos, quoq; Vasallos feudū dare posse perhibeatur. *Resp.* Quidam hic dist. inter initia juris & progressum. Ut initio majores tantum Vasalli feuda aliis dare potuerint; non etiam minores. *Reusner. disp. 3 feud. th. 3.* Addunt alii. Licet hoc postea admissum sit, non tamen sequi Rusticos feuda dare posse; sed tantum milites Vasallos. *Fachin. d. c. 74.* Addiderim (3.) in illo tit 7. non agi proprie de datione feudi & constitutione primordiali, sed primario de *devestitione*: Incidenter autem de Investitura facta, non, de facienda. Itaque & subinfeudationem utique posse intelligi. Hoc enim sensu feudum dari dicitur à Vasallo. 2. feud. 36. § *beneficium* 22. Sed (4.) omni casu in dante & accipiente requiri debitam qualitatem, nempe militiæ & facultatis militandi. Rusticis autem nec functio, nec nomen militum competit. *l. Cura pervigili 3. C. Qui militare possunt vel non poss. 12. 34. l. 1. & t. C. Ne Rusticani ad ullum obsequium lib. 11. 54.* ne ab agrorum cultura abstrahantur *l. Colonos, 19. C. de Agricol. & censit.* à qua nec per momentum temporis abesse debent. *l. Colonos. 15. C. d. t. v. Renat. Choppinum lib. 1. de privil. Rusticorum cap. 1.* Unde Dd. amplius concludunt & inferunt: Nec rusticos nec alios subditos (utcumq; in casum necessitatis, patriam defendere simul teneantur, quemadmodum olim, in casu necessitatis etiam servitia armabantur) teneri Dominum ad bellum proficiscentem comitari. *Klock de Contribut. cap. 3. n. 292. & ap. eundem Merckelbach. 1. cons. 20. n. 84. & 85.*

(Ad text. 1. f. 7.)

(Expositio textus 2. f. 24. §. 1.)

Fortissimè tandem defendi videtur affirmans sententia *per text. 2. feud. 34. §. Ex eadem lege. 1. vers. cum Curia.* Ubi dicitur. Dominum feudi posse *beneficium cum curia etiam rustico vendere.* Unde evidenter colligi posse scribit Dn. D. Bitschius *in Comm. ib. not. 7.* Etiam rusticum posse habere curiam ac Vasallos, adeoque & feudū alicui dare. *Resp.* (1.) notandum est sententiam istam fuisse *Ober-* *ts,* sed improbatam Gerharo & aliis, quorum opinio posteriore loco refertur (2.) Non referri in loco proprio, sive ubi ex professo tractetur: *quis feudum dare possit:* Sed in alieno, in quo sc. quæra-

C

tur: An



ur: *an feudum vendi possit.* (3.) Diserte dist. inter calum ordinarium feudi per se & absolutè venditi, & totius districtus cum Curia venditi. (4.) Cum autem contractus. E. V. sit liberrimus nec in eunte peculiarem habilitatem requirat: ideo rectè affirmari etiam feudum cum curia, seu curte, mit einem gewissen Hove / vendi posse; vel potius curiâ in qua feudum sit, venditâ, etiam feudum transferre, ut maximè Emtor rusticus fuerit. Idque singulariter utroque jure propter communem utilitatem introductum est, nempe ut Domini in necessitate positi facilius emtorem inveniant, v. l. *Quædam* 62. *De Acquir. rer. domin.* ubi expresse disponitur: Quædam quæ non possunt sola alienari, transire in alienatione per universitatem, Adde l. 22. & seqq. *de contrah. Emt. l. 1. §. 1. de fund. dotal. cap. 7. de jure patronat. cap. 18. de sentent. & re judicat. Wesenbec. in Comment. C. Commun. divid. n. 36. vers. Nam cum universitate. G. Anthon. disp. 9. th. 5. lit. g. & th. 6. lit. a. Rittersh. lib. 2. partit. feudal. cap. 4. quest. 3. pag. 361. Unde (5) colligi posse videtur, Obertum hic ἀντιμα aliquod κατάχρησιν ἀδὴν adhibuisse & per impossibile aut vix dabile exemplum, thema suum defendere voluisse, unde ad quæstionem simplicem, nulla consequentiæ rectitudine nedum necessitate infertur. Manet ergo firma conclusio, rusticum, *qua rusticum* (h. e. nisi prius militiæ capax reddatur, aut nobilitetur, vel feudum cum tota curia per consequentiam, atque indirectè acquirat) utcunque locupletissimus sit, ex bonis suis propriis & latifundio rustico, feuda erigere & per hoc vasallos sibi constituere, nec Longobardorum, nec Germanorum moribus posse, neque antea potuisse. v. *Sachs. Lehenrecht* libr. 2. pr. *ibi*: Alle die nicht von Rittersart vom Vater und vom Ältervater geböhren sehnd / die sollen Lehenrechtens (active & passive *Reusner. disp. 3 th. 3.*) darbeit. Nunc ad alia progrediamur: Et primo quidem dispiciamus.*

(Conclusio
disputatio-
nis de rusti-
co.)

De clericis & personis Ecclesiasticis

Feuda dantibus.

(De Cleri-
cis in uni-
versum, ra-
tiones dubi-
tandi.)

1. Mirum enim videti poterat (2) Cur feudista exordiat ur à Clericis & primas ipsis partes in potestate feuda conferendi tribuat atque assignet: cum tamen Clerici nec jure divino nec jure huma-
no horum

no horum
disp. 2 de
porum &
lum, non
cupari.
verum n
bi & paup
sustenter
petat & s
tiores
captivor
nes temp
Quod C
l. 17. & 4
cap. pen.
portare
& honest
non poss
add. Dn.
quidem
que votu
2. feud. 2
hoc eod
Dominu
ei subje
2.
clesia p
tum succ
utiloqui
n. 525.
ta, ex q
clericum
gotiis al
timillis
3.
potesta
und

no horum negotiorum videantur capaces esse : Sic enim Niellius *disp. 2. de feud. th. 2. lit. C.* ex sacris literis docet & contendit: Episcoporum & aliorum Ecclesiæ ministrorum munus esse docere populum, non verò circa bonorum temporalium administrationem occupari. *Actor. 6. vers. 2. & 4.* (2) bonorum Ecclesiasticorum usum verum non esse, ut feuda ex his constituentur; Sed ut ministri verbi & pauperes inde alantur & seminaria Ecclesiæ instituantur atque sustententur. *Can. mos est. 30. caus. 12. q. 2.* (3) Quod si quid superpetat & super sit ex bonis Ecclesiasticis, jubentur id Episcopi per antiquiores canones & *Constit. Imperatorum* conferre in redemptionem captivorum & hospitalitatem peregrinorum, itemque in reparationes templorum non in feudorum erectionem. Addi posset (4) Quod Clerici in genere vetentur se immiscere negotiis secularibus *l. 17. & 41. C. de Episcop. & Cleric. Can. cum ad verum 6. dist. 96. cap. pen. & ult. de vita & honest. Cleric.* vetentur etiam (5) arma portare sub pœna excommunicationis. *cap. Clerici 2. d. tit. de vit. & honest. Cleric.* addita & expressa, in hoc ipso jure, ratione; quod non possit esse miles seculi, qui factus est miles Christi. *2. feud. 21. add. Dn. Gerhard. de magistr. polit. §. 398.* Vnde (6) Clericus nequidem in beneficium paternum succedit. *2. feud. 30.* Sed simul atque votum & habitum religionis assumit, hoc ipso feudum amittit: *2. feud. 26. §. qui Clericus efficitur,* atque adco (7) expresse edicitur hoc eod. lib. *tit. 6.* Episcopum vel Abbatem vel Abbatissam vel Dominum plebis, *feudum dare non posse* de rebus Ecclesiæ, quæ ei subjectæ sunt & tituli vocantur.

2. Respondent plerique: Multum interesse inter statum Ecclesiæ primitivæ eumque integrum & incorruptum: Et inter statum successivum, quando & Clericos dominandi amor invaserat *ut loquitur Symmachus can. 1. d. dist. 96. Hering. de fidejuss. cap. 7. n. 525.* Sed his nihilominus obstant præmissa juris feudistici capita, ex quibus apparet, etiam sequiore jam Ecclesiæ statu, tamen clericum à secularibus & imprimis militaribus atque florentibus negotiis abstentum, ac denique res Ecclesiæ in feudum dare nominatim illis prohibitum fuisse.

3. Itaque alii distinguere malunt inter Clericum *inferiorem* & *potestatis expertem*, & *superiorem*, qui ex liberalitate principum prædis

prædia, feuda & territoria obtinuerit. 2. feud. 40. §. Item si Clericus ibi: si Clericus veluti Episcopus, Abbas, beneficium habens à rege datum. Cui sanè excusationi etiam textus noster non parum favet, qui (1) tantum *prælatorum* meminit: Quibus tamen (2) non liberam omnium rerum Ecclesiæ infeudationem concedit; sed tantum earum, quæ antiquitus in feudum dari solita fuerint, qualis *reinfendatio* non est alienatio, sed pristini juris duntaxat continuatio. v. *Alvarott. citat. sup. pag. 15. med.*

4. Quibus suppositis eoque simul considerato, quod hoc loco non de jure divino; sed Longobardico & moribus ævi posterioris agatur: facile rejicitur *objectio*, quæ ex *capit. 5. qui fil. sint. legit. & capit. si Clericus. 5. de foro competent.* educi solet: Quod sc. nec Episcopi nec alii Prælati secularem jurisdictionem habeant. *Respondetur* enim, ex superiore hypothese; Prælatos duplicem hodie personam sustinere, *Ecclesiasticam* propter ministerium Ecclesiæ debitum; & *politicam*, propter subditos & territorium sibi collatum. v. *Dn. Reinking. lib. 1. class. 4. cap. 9. & 17.* Possit & hæc adferri excusatio; Ecclesiam etiam egere, præsidio humano & militibus quibus ab injuria defendatur: Et cum Clerici ipsi arma gestare veterentur; vel ea de causa Vasallos & defensores sibi parare cogi v. *Finkelth. disp. feud. 3. th. 4. lit. B.*

5. Porro hypothesebus istis admissis, etiam alia contra regulas *Canonicorum* postulata fuerunt admittenda. Ut enim Clerici isti, homines seculares, in negotiis ejusmodi haberent faciliores, Procuratores suos Vicarios & Vice-Dominos instituerunt, qui munia externa activè & passivè, illorum loco, subirent: Imo etiam de privilegio fori, *cap. si diligenti. 12. de foro competent.* hac in parte aliquid relaxarunt. *cap. Ceterum. 5. Ext. de judic. cap. un. §. verum. de statu Regularium in 6. v. Anthon. disp. 2. th. 6. D.* Ad alias objectiones mox respondebitur, *ad verb. Episcopus, Abbas.* Quicquid sit; traditio ista hodie adeo invaluit, ut feuda in Ecclesiastica & secularia tanquam in summa genera distribuantur. *Obrecht. 1. feud. 5. n. 89. Anth. d. 1. th. 4.*

(Cur Papa
nulla hic fa-
cta mentio.)

Ad verb.

6. *Archiepiscopus, Episcopus, Abbas.* Aliud dubium circa hunc

hunc locum inde emergit: Cur scil. nulla Papæ, Cardinalium & Patriarcharum in isto ordine hierarchico fiat mentio, cum eorum tamen vel præcipua causa sit: Imo ridiculum (Pontificiis in primis hominibus) videatur, Episcopis in specie sic dictis aliquid permittere, quod eorum superioribus non permittatur. *Lancellor. lib. 1. Inst. jur. Can. tit. 5. §. quod autem.* Notumque sit, à Papa, etiam reges & Principes feuda recognoscere, ut Regnum Siciliae. *cap. ad Apostolica. 2. §. præter hos. de sentent. & re judic. in 6.* Ducatum Spoletanum, Marchiam Anconitanam & feuda alia. *Finckelthuf. disp. feud. 5. th. 4. Gudelin. 2. feud. 2. n. 10.* Et Cardinales atque Patriarchas etiam Archiepiscopis superiores esse. *v. inter alios Otton. de jure publ. cap. 18. p. 415.* Quos ideo Neoterici in recensione sua nequaquam solent omittere. *v. Anthon. disp. 2. de feud. th. 3. lit. a. (ubi Alvarottum n. 10. horsum allegat: Qui tamen ibi nihil de Papa) Lud- vvel. cap. 5. pag. 121. §. Clerici. Reusner. disp. 3. de feud. th. 7. qui in seqq. multas de potestate Papæ quæstiones movet.*

7. Cave dixeris: Exempla hic tantum referri; non species, aut personas, determinatè enumerari. Repugnat enim (1) conceptio & informatio ipsius quæstionis, sive propositionis rerum exponendarum in verbis, videamus primum, qui feuda dare possunt: Cum alias dicendum fuisset: videamus exempla eorum, qui f. d. p. Repugnat (2) etiam ratio respondendi & determinandi: Quæ & constitutiones & gradus accuratè discernit. Numquid ergò dicemus Papam & Cardinales generali nomine Episcopi comprehendere. *Vix quidem docet Alvarott. n. 3. qui etiam in pr. §. hunc ita summat: Persona Ecclesiastica dignitatem habentes, feudum dare possunt: Si hæc est consuetudo.* Atqui sic non opus fuisset tam accurata specierum enumeratione, nec nomen Archiepiscopi præmittendam fuisset, nec cæterorum nomina prælatorum fuissent adjicienda. Quia Episcopus in genere dicitur, *Superintendens clero & populo præpositus ut curam animarum eorum gerat. Can. qui Episcopatum. II. caus. & quæst. 1.*

8. Missis ergò aliorum conjecturis, dicemus: definitionem istam accipiendam non de potestatibus supereminentibus; de quibus ne dubitari quidem possit. *l. 3. C. de crim. sacrileg. arg. l. 1. §. 1. ubi: stultum est, illud admonere. A quibus appellare non licet, sed de potesta-*

potestatibus dependentibus, & qui Imp. vel Regem reverentur ut
superiorem: 2. feud. 27. pr. ibi: Imperator semper Augustus, Epi-
scopis. Itemque tit. 52. pr. ibi: Hortatu itaque & consilio Archiepisco-
porum, Episcoporum, Ducum, Comitum, Marchionum. Iterum tit. 55.
pr. ibi: a Principibus Italicis, tam Recloribus Ecclesiarum, quam aliis
fidelibus Regni. Quod & seq. versiculi nomina h. t. docent, ibi: Dux
Marchio & Comes & 2. f. 10. ibi: Qui à principe. v. Matth. de
Afflict. h. Borchold. de feud. cap. 4. n. 6. Anth. d. 1. th. 3. lit. B. conf.
constit. Friderici II. de statut. & consuetud. conf. lib. Eccles. §. ult.
Tradunt tamen Pontificii scriptores: Ne Papam quidem Civitates
Ecclesiæ aut castra, vel terras quascunque Ecclesiæ in novum feu-
dum concedere, valere. *Can. Non liceat Papa* 20. *caus. 12. quest. 2.*
Verum id adultores Papæ ad potestatem ejus ordinariam plusquã
Judaicè & Pharisaicè restringunt. ut *A. Barbosa lib. 3. Juris Ecclesi-*
astici cap. 31. n. 25.

De Legatis de latere.

(De Legatis
& nuntiis
Papalibus.)

9. Quæruntd. hoc loco etiam de Legato de Latere an is
quoque feuda dare possit? Alvarottus ad hunc l. n. 2. Quæstionem
specialius concipit: An scil. Legatus de Latere, res Ecclesiarum
suæ Legationis possit in feudum dare? Anthonius noster absolu-
tè hoc negat. *disp. f. 2. th. 3. lit. a. vers. Sed ut Papalis. per can. de Ec-*
clesiasticis. caus. 25. quest. 2. Atque ita etiam sensere Alvarottus
h. n. ult. Laudens. n. 65. Gudelinus. 2. feud. 1. n. 1. Obrecht. 2. feud.
c. num. 18.

10. Dist. tamen videtur inter Legatos missos & natos. Lega-
ti missi sunt vel Cardinales vel Prælati inferiores. *Canisius. lib. 1. inst.*
fur. Can. lib. 17. Quo ad istos qui simpliciter Legati s. nuntii Apo-
stolici dicuntur (veluti Nuncius Franciæ, Hispaniarum, Poloniæ,
Venetiæ, Sabaudia & Florentiæ *A. Barbosa. lib. 1. fur. Eccles. c. 5.*
n. 7. ubi tales quondam Apocrisarios q. Secretarios dictos fuisse tra-
dit ex can. septuaginta. 12. dist. 16.) Negativa sententia communi-
ter defenditur (1) Quia regulariter Procurator feuda sine speciali
Domini mandato constituere non potest, *uti cum aliis demonstrat*
Niellius disp. feud. 2. th. 2. lit. B. per text. 2. feud. 2. §. sed utrum ipse:
Ubi innuitur tum demum Procuratorem feudum dare posse, si manda-
tum spe-

tum speciale ad hoc habeat, (2) Quia ea quæ alienationem continent, non sunt posita in potestate Legati *Canis. d. tit. 17. q. 3.* (3) Quia ea potestas nec Electoribus Vicariis aliter competit quam quatenus lex permittit, post *Buxtorff. & alios Dn. Iustus Sinolt. cognom. Schuz. de Vicariis Imperii th. II. & 13.* Atque ita docet cum cæteris Canonistis *A. Barbosa d. lib. 1. Iuris Ecclesiastici. c. 5. n. 52.*

11. Alterum genus Legatorum dicitur *de Latere*; quando scilicet Cardinales, qui semper lateri Pontificis adstare debent, in provincias mittuntur, post *gl. & ceteros à se citatos A. Barbosa. d. cap. 5. n. 3.* Hi vero omnia beneficia in provincia sibi decreta existentia possunt conferre. *cap. presenti. de offic. Legati. in 6. Id. ibid. n. 28.* Ergo etiam feuda Ecclesiæ, in feudari solita, propter ampliaciones ab eodem subiectas.

12. Legati denique *nati* appellantur, qui non emanant, ut Cardinales; nec constituuntur, ut nuntii: Sed cum dignitate ad quam evehuntur, simul nomen Legati acquirunt: Uti sunt non tantum duo illi quos *Canisius* recenset, nempe *Cantuarenensis* in Anglia. *cap. 1. de Offic. Legati.* & *Salisburgensis* in Germania: Sed & *Eboracensis* in Ead Anglia. *cap. 1. de Appellat.* *Bituricensis* in Aquitania. *cap. ult. de Majorit. & Obed. & Rhenensis* in Francia. *cap. per venerabilem. 13. §. verum. Qui filii sint legitimi. A. Barbosa. d. cap. 5. n. 10.* Imo etiam *Gnesnensis* in Polonia. Qui non tantum primas sive primus est totius regni; sed etiam titulum Romanæ sedis gerit. *Thuan. lib. 56: histor. in Anno 1573.* Veruntamen & hi conferendi beneficia nullam habent potestatem, nisi hoc eis specialiter sit indultum. *cap. literas. 4. de supplend. neglig. prelat. Barbof. d. cap. 5.*

De Cardinalibus.

13. Haftenus de Pontifice & ejus Legatis: Quid dicendum de Cardinalibus quorum nec *Feudista* noster, nec *Interpretes*, ne quidem recentiores, ut *Arumans, Anthonius, Obrechtus, Finckelthufius, Reusnerus, &c.* mentionem faciunt: Cum tamen jam tempore *Imp. Phocæ* circa annum 640. introducti ferantur. *v. M. Stephan. lib. 3. de Jurisdic. part. 1. cap. 5.* nec exigua rationum momenta pro eorum admissione pugnent. Est enim Cardinalatus omnium dignitatum Ecclesiasticarum præstantissima: Secundumque gradum post Papatum tenet, ut fatetur *Eugenius IV. in sua constit. 15.*
Incip

Incp. non mediocri. §. 18. in Bullario novo tom. 1. §. 282. ibi: Quis enim non videat Cardinalatus dignitatem, Archiepiscopali esse majorem. (2) In ordine ipsorum nominatim inveniuntur Episcopi. Sic enim distribuuntur: Quod scil. quidam sint Cardinales Episcopi. Quidam Cardinales Presbyteri. Quidam Cardinales Diaconi. Bellarminus lib. 1. de cler. cap. 16. Dn. Gerhard. de ministr. Ecclesiast. cap. 5. sect. 2. n. 246. (3) Ipse Papa in infeudandis rebus Ecclesiæ magni valoris, ut est hodie districtus Avenionensis Cardinalium consilium tenetur adhibere, post Moz. Schneidevvin. & alios Anthonius disp. 2. th. 3. a. (4) omnes jurisdictionem Episcopalem, in Ecclesiis quarum sunt titulares, habent. Can. His qua. II. de Major. & Obed. A. Barbosa lib. 1. de jure Eccles. cap. 4. n. 33. & seqq. ubi plurimas Cardinalium prærogativas recenset, & in his etiam n. 51. illam, quod Cardinalis Episcopus non nisi 72. duorum testium numero convictus, de crimine cõdemnari possit (scil. juxta illud: in ore duorum) 64. testes autem in Cardinale Presbytero; & 27. in Diacono convincendo requirantur: quot sane testes vix assument aut intervenire patientur, quando libidinibus suis hecatombas offerunt sacrificant, aut (ut Virgilio verbo utar) faciunt: Earque de causa semper manent impuniti.

14. Disting. videtur inter munus Cardinalitium & potestatem prælati. Ex munere suo facultatem infeudandi, non videntur habere Cardinales, quia hætenus nec jurisdictionem, nec audientiam habent, nisi à Papa delegatam. Alvarottus. 1. feud. 26. num. 14. vers. Dicam. Cæterum ratione subjectorum Episcopatum aut Diæceson, utuntur jure reliquorum prælatorum, etiam in jurisdictione exercenda & cæteris secularibus. post Abbatem & Mandosam M. Stephani d. cap. 5. n. 12.

(De Patriarchis.)

15. Eadem ferè de Patriarchis disputari possunt: siquidem, docente Isidoro, in can. Cleros 1. dist. 21. Episcopalis ordo quadripartitus est, (quantum ad gradum Episcopalem & jurisdictionem:) Sunt enim Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi & Episcopi. A. Barbosa lib. 1. juris Eccles. cap. 6. n. 5. Ubi num. 12. porro docet: Patriarchas tantum quatuor esse. Constantinop. Alexandr. Antiochen. & Hierosolymitanum. Quibus cum moribus Longobardorum vix quicquam commune esse potuit. Arum. disp. feud. 3. th. 4. Anthon.

Antho. disp. feud. 2. th. 3. B. Primates improprie dicuntur patriarchæ & recensentur à Barbofa. *d. l. n. 40.* Neque feuda quæ tales possident, sed quæ Episcopi. Unde forte etiam horum mentio hic est omissa.

16. Sed illud iterum dubium habet, *cur Archiepiscoporum hic nominatim fiat mentio?* cum itid. jura habeant Episcoporum, adeoque generali nomine poterant designari: Est enim Archiepiscopus veluti Princeps Episcoporum vel Principalis Episcopus, qui omnibus suæ provinciæ Episcopis præest. *d. can. clericos. i. vers. Archiepiscopus. dist. 21. D. Anthonius disp. 2. th. 3. lit. C.* Qui tamen nec ipse nodum hunc tangit. Atque eo quidem silente, frustra à descriptoribus responsum expectes. Arbitror autem dici posse, Feudistam ab his & cœpisse, & in his desivisse, *qui ut plurimum feuda solent conferre;* Ad ea enim jura potissimum aptari debent, quæ & frequenter & facile, quam quæ perrarò accidunt. *l. jura. 3. cum seqq. de LL. conf. 2. feud. 52. ibi.* Hortatu itaque, atque consilio Archiepiscoporum, Episcoporum, Ducum &c. Jam autem Archiepiscopi & inprimis Dn. Electores Ecclesiastici, hoc titulo cū maximè insignes, Principatum Electoralem in feudum recipiunt, à Cæsare; non à Pontifice *v. Limnaum ad Aur. Bull. tit. 29. obs. 1. pag. 597. & tom. 4. jur. publ. in addit. ad cap. 7. n. 23. pag. 438. ubi formam & modum infeudationis. A. E. & Electorum Ecclesiasticorum describit.* Itaque de bonis ejusmodi vel inprimis liberalius possunt disponere.

17. Porrò à quo tempore hæc potestas secularis, Episcopis & aliis Prælati collata sit, ut non tantum ipsi feuda, etiam regalia obtinerent, sed etiam aliis feuda conferre possent, acriter inter Dd. disputatur? Quidam enim originem rei *in genere,* à Carolingis deducunt, eo cum primis argumento, quod Episcopis æque ac Comitibus ministerii regalis portio imputetur, *in Capitulis Caroli M. & Ludov. 2. cap. 12.* Imo Episcopis etiam committatur inspectio delatio & coercitio aliqua *lib. 6. cap. 313. & lib. 7. cap. 214.* Allegantur etiam in hanc rem leges Wisigoth. *lib. 2. tit. 1. l. 29. & 30.* Ubi illis judicandi potestas confertur, non tantum in causis pauperum & oppressorum; sed & iis casibus, quibus Comes vel Dux habetur suspectus.

(De Episcopis.)

D

18. Alii



18. Alii specialius loquentes, liberalitatem hanc Pipino vel Carolo Magno imputant. Exemplum insigne referentes ex Joh. Trithemio Abbate, qui superiore seculo narravit, Regem Pipinum A.C. 752. S. Burchardo Episcopo Wurzburgensi ejusque successoribus in perpetuum, titulum & dignitatem cum emolumento Ducatus Francorum Orientalium, simulq; dedisse potestatem iudicium ordinandi & iudicandi secundum legem & consuetudinem Francorum in omnibus causis per universum Ducatum. *in Orig. Franc. p. 98.* Quam narrationem licet recentiores multi sequantur, imprimis Bertius *in Comment. rerum Germanicar. lib. 3. p. 573. in descriptione Civit. Herbipolis. vers. Nec multo post. Vbi scribit: Bonifacium, A.E. Mogunt. instituisse in urbe Herbipolis Episcopatum, op. Pipini & Caroli Magni, Qui Ecclesiae junxerint Ducatum Francia: Eoque factum, ut utrumque sit, Praesul Herbipolensis: Episcopus, inquam, & Dux Civilis.* Licet etiam traditionem hanc continuant cum aliis author topographiae Francorum pag. 63. Dubitant tamen alii de temporis legitimi assignatione, quod apud antiquiores vitae S. Bonifacii & S. Burchardi scriptores, *Egilovardum & similes, a Pithæo, Surio & Canisio editos,* tam memorabile facinus expressum non deprehendant. *v. Baron. Annal. in Anno 748. n. 1.* Considerandam etiam eum in finem proponunt perspicaciores, naturam indolem & consuetudinem Caroli M. qui non integras provincias, districtus aut territoria solitus fuerit Ecclesiis dilargiri; Sed pecuniam & mobilia: Unde etiam diu post Carol. M. Clerici suos Advocatos & Protectores habuerint *Gryphian. de Weichbild. Saxon. cap. 28. n. 9. Stumpf. in Chronic. Helvet. tit. de Turgov. lib. 5. cap. 3. Knichen. in Encyclop. cap. 1. n. 157. & seqq.* Denique ostendunt, Caroli M. tempore, nullum Episcopum, in subscriptione literarum, Principis titulo usum, sed eundem secularibus Magistratibus reliquisse. *Cum Heydero & aliis Dn. Myler. in Archologia Ord. Imper. c. 12. n. 4.* Unde facile iudicare licet, quid de fabula illa habendum, qua Campidonensis Abbatia jam tempore Caroli M. in eam sublimitatem narratur evecta. *v. Hermann. Hermes. fascic. juris publ. cap. 27. n. 5. Brusch. de Origin. Monaster. lib. 4. cap. 21. Besold. thes. pr. verbo Abt.*

19. Alii ergo potestatis hujus exordia derivare malunt, a Ludovico

Ludovico Pio (Carol M. filio) quem primum volunt Episcopos Ecclesiæ in Principes regni sublimasse. *Helmold. lib. 1. Chron. Slavon. c. 4. Heig. 1. quæst. 4. n. 54.* & quidem non titulares tantum; sed jurisdictione munitos. *Cranz. lib. 1. Metropol. 13.* Quibus fidem habens Merckelbach. *ap. Klock. 1. conf. 14. n. 73.* ita scribit: die Bischöffe seynd erstlich von Ludovico Pio (Sæculo 9.) zu solcher præminenz und Würdigkeit der Weltlichen Reichs-Fürsten erhöhet & eo ipso omnia regalia Principum obtinuerunt: *desuper allegans Menoch. conf. 962. n. 2.*

20. Sed quia alii diligentius rei seriem investigantes, demonstrarunt, Clericos titulos ejusmodi principales (sive Principum Ecclesiasticorum, Geistlicher Fürsten) à Carolo Crasso accepisse, eisdemque sine re principatu & territorio. *Dn. Myler cum citatis d. cap. 12. §. 7.* Ideò communiore calculo receptum, id omne demum Ottonis M. tempore contigisse. *Gryphind. de Weichbild. Saxon. cap. 28. n. 12. & cap. 29. n. 12. Kirchnerus de Officio & dignitate Cancellarii lib. 1. cap. 3. n. 9. 10. & 35. Limneus lib. 3. de jure publ. cap. 3. n. 1. ubi cum aliis tradit: Ottonem M. primum omnium fratrem suum Archiepiscopum Coloniensem potestate seculari instruxisse & armasse.* Quæ traditio non bene cum eo convenit, quod postea idem *Limneus ad eund. lib. cap. 3. n. 10.* commentatus est, *tom. 4. & 5.* Quando scripsit: Erlangum (qui fuit 24. Episcopus Herbipol. sub Henrico IV. & V.) primum fuisse, qui cum pædo pastorali, una enssem gesserit. Idque beneficium Regi Pipino, cum Charronio imputat. *tom. 5. add. n. 10.* Nisi dicamus eum potestatis initium & usurpationem publicam discernere voluisse, certe debuisse.

21. Quid dicemus? Idem quod in aliis juribus & moribus dicere solemus, jura sensim crescero, neque uno statim impetu omnibus omnia patere. *uti ad Barbof. lib. 9. cap. 36 monuimus.* Nimirum solebant pii Principes & aulis suis & curiis atque consiliis, religionis & conscientiæ causa adhibere Ecclesiarum Antistites, *uti ex Nithardo aliisque demonstrat Lehman. in Chronic. Spirens. lib. 2. cap. 15.* Cum enim in consiliis etiam læpè inciderent controversiæ ad religionem & conscientiam pertinentes; utile videbatur ac penè necessarium, præsules etiam consiliis adhibere. *Lehman. d. cap. 15.* Negotiis itaque politicis hac occasione sensim insuescentes, ac

paulo deinceps frequentius adhibiti Episcopi ac Prælati alii, de pompa etiam aularum & sumptibus sustinendis cogitare ceperunt; Accùm Ecclesiarum suarum latifundia haut sufficerent; aliena desiderare veluti coacti fuerunt. Quæ porro sine potestate seculari vix poterant aut regere aut tueri. v. *Dn. Mylerum in Archolog. Ord. Imper. cap. 12. §. 3* Hac prærogativa cum unus atque alter gauderet primum; tum alii id rebus suis atque ad o Ecclesiæ commodum fore crederent, omnibus modis eo allaborarunt, ut prædia Ecclesiæ auferrent, atque deinde potestatem etiam dignitati suæ convenientem, cæterisque æqualem nanciscerentur. v. *Dn. Myler. d. l. cap. 13. n. 4. & 5. & quæ d. ad cap. 18. Dan. Ott. p. 417.*

22. Fuerunt & alii Principes & Magnates Seculares s. Laici ea superstitione capti ac veluti fascinati, ut in redemptionem animæ suæ è purgatorio, multa prædia Ecclesiis relinquerent aut donarent; ja daß sie entweder ganze Herrschaften / oder doch ansehnliche Güter auf den selben den Stiftern zu Lehē auffgetragen / und darbey sich zu gewissen Aemptern verbunden. *Limneus ad A. B. tit. 27. §. 6. obs. 29. n. 2. & 7.* Quidam etiam tutelam & protectionem sub sacro pallio & toga Ecclesiastica, maxime turbidis Reipubl. temporibus, per hanc appropriationem quæsierunt. v. *Zasium de feud. part. 3. n. 8. Schraderum part. 2. de feud. cap. 3. n. 63. Obrecht. i. feud. 5. n. 48. & 60. Anthon. disp. feud. 3. th. 3. lit. D.*

23. Extiterunt equidem jam olim, atque etiamnum reperiuntur, qui hanc conjunctionem pedi & gladii non iis tantum, quas supra designavimus; sed & aliis rationibus impugnarent, quas videre licet ap. *Limnæum lib. 3. de jure publ. cap. 3. n. 1. & seqq. Dn. Myler. in Archolog. Ord. Imper. cap. 16. §. 2. 3. 4. 5. 6. & 13.* Et refertur adeo de Henrico V. quod is cum Papa Paschali aliquando consilium hoc inierit, ut Imperator à Comitibus eligendi Pontificis manum abstineret: Episcopi autem vicissim Imperio feuda redderent, quod per immensam ejusmodi liberalitatem viribus valde reperiatur debilitatum: Uti ex Aventino & aliis memorat Merckelbach. ap. *Klock. i. conf. 14. n. 75.* Verumtamen ut Imp. ille nihil adversus prævalidam consuetudinem obtinere potuit, Episcopis pro Helena ista sua fortiter dimicantibus, atque adeo Arnoldum Brixianum, (qui circa annum 1139. Episcopis regalia competere negaverat)



negaverat) ad rogum adigentibus. *Sigon. lib. II. de Regn. Ital. pag. 173. Limneus. d. l. n. 9.* Ita non desunt contententibus rationes, quibus hanc potestatem tueantur: aliquas ex iis supra thesi 4. hujus tractationis; Itemque thes. præcedent. subindicavimus. Et Republ. sic semel constitutâ, non licet in rationes temerè inquirere. *l. 20. & 21. de legibus can. 3. dist. 4.* Sed ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, veluti tacita civium conventio, religiosè servanda sunt. *l. 35. d. 1.* Nec mutanda temerè. *l. minimè. 23. Eod. tit.* Jam supra autem indicatum est, daß in *H. Reich* teutscher Nation, die Bischöffe nicht bloßlich vor Geistlich / sondern auch vor Weltliche Stände anzusehen / und nicht weniger denn Weltliche Chur und Fürsten vom Heiligen Reich und der Kayserl. May. mit Landes-Fürstlicher Obrigkeit / Regalien / herrlich und andern Weltlichkeiten belehnet seynd: Deswegen auch wieder ihre / in causis prophanis eröffnere Urtheil / die appellationes an die höhere Weltliche; und gar nicht an ihre Geistliche Obrigkeit vorgenommen werden / *post Covarruv. Gallium & alios complures à se citatos Merckelbach. apud Klockium. d. cons. 14. n. 71. Dn. Reinking. de Reginine. lib. 1. clas. 4. cap. 9. n. 9. & seqq. ubi ad contraria respondet. Dn. Myler in d. Archolog. cap. 16. §. 13. & seqq.*

24. Quicquid sit: Hodie sane Episcopi & alii Prælati amplissima feuda dispensant. De Bambergensibus feudis tractavimus nuper ad Ottonem. *cap. 11. regal. XI. pag. 162.* Quatenus etiam à Wormatiensi Episcopo & capitulo Ludovicus Palatinus castrum & oppidum Heidelberg anno 1225. itemque Comitatum Stollbuthel de novo in feudum acceperint, ex originibus Freheri & aliis authoribus ostendere satagit author der Beschreibung der Unternpfalz am Rhein pag. 3. Idem posset demonstrari de aliis Ecclesiis quæ cum Advocatos & protectores potentiores quærerent, Magnatibus sæculi feuda elargiti sunt. Ita enim scribunt, Electorem Palatinum recognoscere ab Episcopo Bambergensi in feudum, castrum Hohenstein / & advocatiam in Hersbrüel: Simulque Archidapiferatū Episcopatus Bambergensis. *Gevvoldus. de S. R. I. Septemviratu. cap. 10. p. 210.* Tradunt etiam Electorem Saxonie investituram suscepisse Oppidi Wittenberg / Mühlberg / Trewitz / una eum Archimarschallatu Episcopatus Bambergensis ab eod. Episcopo. v.



Limnau tom. 4. addit. lib. 3. cap. 7. n. 77. (Alii Mulbergam ab Episcopatu Misnensi arcessunt. v. Meriau. in Misnia verbo *Mühlberg*)
de Leucorea v. Dissidentem P. Bertium in descript. Wittenberga.
 De Vasallis Abbatis Campidonensis potentissimis v. *Besold. th. verbo Abt in f.* De feudis Episcopatus Metensis diximus nonnihil in representatione Nassovica, ubi etiam de feudorū istorum natura & de vulgari Brocardico illo feudistico disternimus, quo traditur, *der Krummstab* (sive *die Krummstabsche Lehen*, sic enim vocantur feuda Ecclesiastica à pedo pastorali. v. *Wegner in hac voce*) *schliesse nie mand auß.* Ortum sc. est hoc proverbium in Episcopatu Monasteriensi, ubi ferè ita obtinet. *Wegner. d. l. ut & in A. E. Coloniens & Trevirensi*, itemque in feudis Abbatia Fuldensis, atque Corveiensis. Cæterum in aliis proverbium hoc fallere ipse Anthonius docet. *d. disp. feud. i. th. 4. lit. D. ex N.* Everhardo referens; in feudis Episcopatus, Eystatensis, Bambergensis, Herbipolensis, Augustani, Spirensis, Paderbornensis & cæteris ferè omnibus prælatorum feudis, fœminas excludi. Sed hoc ex cuiusque curiæ consuetudine pendet. De Argentinensi, Basiliensi, Brixienti, Caminensi, Constantiensi, Curienti, Frisingensi, Hildesiensi, Leodicensi, Lubecensi, Monasteriensi, Osnabrugensi, Passaviensi, Ratisbonensi, Tridentino & cæteris Episcopatibus, consuli possunt, peculiare præconum libelli in quibus & origo & jura cuiusque splendide & planè cum miraculis exponuntur. *Noviss. Dn. Hermes in fasc. juris publ. cap. 26.* Interim ex his quæ supra pag. 19. & modò objecta atque disputata sunt, non injuria colligitur, in dubio pro feudorum libertate à curvo baculo pronuncianum esse: Cum postulata contraria, juri divino & humano huic usurpationi multis modis adversari nemo facile diffiteri possit. v. *Anthon. disp. 15. th. 7. facit l. 14. & 39. de Legibus.*

(De Abbatibus.)

25. Abbates vel principali dignitate præfulgent vel simplici Prælatorum honori acquiescunt: Illi dicuntur *Gefürstete Aebte* & quia regalia habent, haut dubiè & feuda dare possunt. Tales sunt Abbas Fuldensis, Hirsfeldensis, Murbacensis, Prumensis, Campidonensis, Corveiensis & S. Emerani Ratisponæ, uti cum *Sixtino tradit Besold. thes. verbo Acht.* Ab Abbate certè Fuldensi etiam potentissimi Principis feuda recognoscunt. v. *Prover. antiq. Fuldens.*

Fuldens.
 præditi r
 & hoc a
 pag. 102.
 republ.
 ipsi rece
 etiam in
 omnino
 mamus.
 illbs ple
 Mager.
 nutu &
 n. 484.
 ribus M
 gor. lib. 1
 suetudo
 25
 à priorib
 bus adju
 apud Ab
 rem autè
 que cust
 bi appel
 ctionem
 dian. &
 qui in C

26
 possunt
 stul. Se
 apud ho
 di sive c
 Cujac. I
 Videbat

Fuldens. lib. 1. cap. 19. Enimvero eorum qui principali dignitate præditi non sunt, quidam nihilominus sunt status Imperii quidam & hoc axioma carent. Illos post *Limnaum lib. 1. de I. P. cap. 8. pag. 102. & seqq.* Aliosque, recenset *Dn. Hermes in d. fasciculo juris publ. cap. 27.* Et exhibent authores matricularum; atque adeo ipsi recessus Imperii in subscriptionibus. Constatq; illos liberiore etiam investiendi potestate gaudere. *Postremum autem genus manus omnino ad paragraphi hujus præscriptum adstrictas habere existimamus.* licet enim ipsimet Pontificii scriptores tradant: Abbates illos plerumq; eligi, qui rerum secularium cum primis periti sunt. *Mager. de Adv. armat. cap. 5. pag. 118. n. 108.* à Diocesani tamen nutu & consilio pendent; fatente eodem *Magero. cap. 6. pag. 238. n. 484.* Certè administrationem magis restrictam habent, & moribus Monachorum regendis potissimum sunt præpositi. *v. P. Gregor. lib. 15. Syntagmat. cap. 13.* Sed hos etiam cujusq; Ecclesiæ consuetudo tuetur.

25. Sunt etiam monasteria & ordines qui non ab Abbate; sed à prioribus reguntur. Quamquam etiam alicubi Abbates Prioribus adjuncti sint. De his non est quæstio, cum potestas potissima apud Abbatem circa administrationem rerum resideat. Ad Priorem autem istum potissimum spectat, monasticæ disciplinæ cura atque custodia. Cæterum Priores absoluti, qui & Guardiani alicubi appellantur tum demum feuda concedere poterunt, si jurisdictionem habuerint & bona infeudari solita. *v. Besold. in voce Guardian. & P. Gregor. d. lib. 15. Syntagm. cap. 18. Vbi priores subdividuntur in Claustrales, conventuales & seculares.*

(De Prioribus.)

(Sequitur in textu. Abbatissa.)

26. Abbatissis non tantum rationes ex Iure Civili opponi possunt quæ tractari solent, *ad l. 21. de Reg. Jur. l. 1. §. sexum. de potest.* Sed etiam ex jure & moribus Longobardorum: Cum enim apud hos Mulieres in perpetua fuerint tutela, ita ut sine *Mundvaldi* sive curatoris sui auctoritate nihil potuerint alienare, *uti notant Cujac. Hottom. Gothodofr. & alii ad lib. 2. feud. tit. 3. §. femina.* Videbatur etiam ipsis potestas feuda conferendi nequaquam competere.

De Abbatissis.



petere: maxime cum cœtui virorum moniales vix interesse ne dū
 præesse queant. *l. ult. C. de recept. Arbitr. junct. l. 2. §. 1. C. de his
 qui ven. et. v. Finckelth. disp. feud. 5. controu. 14.* Discernendum
 videtur itid. Inter eas quæ jurisdictionem & feuda possident, & quæ
 his carent. Cum enim illis præter latifundia etiam dignitas & po-
 testas amplissima à Majoribus collata esset: Non potuit illis exer-
 citium potestatis denegari, quod per Advocatos & ministros di-
 spentarent. *Antho. disp. feud. 2. th. 2. B.* Unde comm. dicitur Ab-
 bat sias in Administratione rerum sæcularium Abbatibus parifica-
 ri post *Alvarott. & alios Antho. d. disp. 2. th. 3. lit. F.* Allegari hor-
 sum etiã solet. *l. un. C. de Mulieribus in quo loco munera sexui con-
 gruentia vel honores agnoscant. 10. 62. Hermes in fascic. jur. publ.
 cap. 27. ubi plerasq; hac potestate pollentes n. 38 & seqq. recenset:
 nempe Andlaviensem, Buchoviensem, Quedlinburgensem, Hervor-
 diensem, Lindaviensem & alias.* In quibus hoc singulare, quod li-
 cet nonnullæ, Principali titulo gaudeant: In recessibus tamen Im-
 perii non in serie & classe Principum, ut quidam Abbates: sed tan-
 tum in classe Prælatorum recenseantur, imo ipsis etiam in actibus
 publicis cedant, post *Paurmeisterum & alios, Dn. Myler. in Archo-
 log. cap. 13 §. 9.* Atque adeo etiam in subscriptionibus extremum
 locum occupent. v. g. in R. I. de Anno 1551. p. 394. vers. *Abtissen/
 Botschafften/der Abtissin des Stiffes Quedlinburg. N. der Abtiss-
 sen zu Nieder oder Obermünster zu Regensburg. N. der Abtissin zu
 Essen. N. zu Buchow etc. N. Alibi plures & pleniores tituli legan-
 tur, ut in Recels. de Anno 1559. post Quedlinbergensem: *Elisa-
 beth des Gefürsteten Freyen Weltlichen Stiffes Gerenroda, et
 wählte Abtissin etc. Marg. des Gefürsteten Freyen Weltlichen Stiff-
 tes Buchow am Federsee. Anno 1566. hæc subscripserunt per Lega-
 tos: Anna des Kayserlichen Freyen Weltlichen Stiffes Quedelburg
 Abtissin. post Gerenrodēsis, Buchoviensis, tum illa zu Kottemün-
 ster/alia zu Obermünster/alia iterum zu Niedermünster/ ac tandem
 Abbatissa unserer lieben Frauen Stiff zu Lindaw etc. sequitur:
 v. plenius Recessum Imper. de Ann. 1654. §. Abtissin-
 nen/Botschafften. *Daniel. Otton. cap. 18.
 pag. 608. vers. Ex his.***

I
 quidem
 Ecclesia
 gum &
 qui ali
 vili, ub
 ro. & i
 rubr. &
 Præpo
 etiam J
 præposi
 cum pr
 gerit. d
 allegare
 ne non
 dem Gr
 ministr
 ningum
 Sed ut
 Salvato
 tantum
 specie.
 re Can
 sus &
 sico pe
 adeo et
 in spec
 gnitate
 sit nom
 Jura C
 Cleric.
 ordine
 que Pr
 inprax

DE PRÆPOSITIS.

I. Sequitur in textu *Præpositus*: Vocabulum hoc sua natura quidem æque latè patet, ac nomen Præfulis vel Prælati. *cap. 13. ibi: Ecclesiarum Prælati. De Offic. Ind. Ordin. v. Paurmeisterum. Rodin- gum & alios laudatos VVehnero in voce Prælaten.* Imo de omni eo qui aliis præest vel Præpositus est accipi solet, non tantum Jure Ci- vili, ubi legimus præpositum laborum. *l. 2. C. de Excusat. muner. lib. 10. & in rubr. ac t. t. C. de Præposit. labor.* Præpositum S. Cubiculi *rubr. & tit. C. Præpositum militum. l. 13. §. ult. l. 6. §. ult. De remilit. Præpositum tributis recipiendis. l. 3. §. ult. de Censibus, & alibi.* Sed etiam Jure Canonico *ut in cap. Quamvis 9. ibi; omnes qui præsent, præpositi ritè vocantur. De Verbor. Signif.* Usus tamen obtinuit, cum proprie sic vocari, qui quandam prioratus curam super alios gerit. *d. cap. 9. Dan. Otio de jure publ. cap. 18. regali 5. in f. m. p. 434. ubi allegare voluit Anthon. disp. feud. 20. th. 3. lit. g. p. 43. cujus verba nomi- ne non expresso, refert Besold. thes. pr. verbo Probst addens, hunc eun- dem Græcis vocari Oeconomum, qui scil. proventus Ecclesiasticos ad- ministrat, & secundum Episcopum plebi præsit. Desuper allegans Ko- ningum in theatr. polit. & cap. Irrefragabili 13. de Offic. Indic. Ordin.* Sed ut Præpositus & Oeconomus sibi disertè opponuntur *in can. Salvator 8. vers. Nomine Procuratoris. can. s. 1. quest. 3.* Ita in d. c. 13. tantum *de Prælati* in genere agitur; non autem *de præpositis* in specie. Quanquam autem nullus reperiat specialis titulus in Ju- re Canonico, qui de Officio Præpositi tractet: *Vnde Canisius, Zœ- sius & alii Negligentiores, tractationem de Præposito & ejus officio, sicco pede prætereunt.* Quia tamen illius sparsim in Jure Canon. atq; adeo etiam feudali, fit mentio; Dicemus, per præpositum Ecclesie, in specie intelligi eum, qui cæteris clericis Præfectus est, vel cum di- gnitate, vel sine dignitate seculari: Licet enim regulariter *præpositus*, sit nomen peculiare Officii Ecclesiastici; quod assiduitatem sive ut Jura Canonica loquuntur, residentiam exigat. *cap. 11. c. ex parte 13. de Cleric. non resident*; itemque ætatem legitimam, scientiam atque ordinem *cap. Dudum 22. de Elect. & Elect. potest.* adeoque plerum- que Præfectum Collegii canonicorum designat. *Aloysius Riccius in praxi rerum for. Ecclesiast. resolut. 558. n. 3.* In aliquibus tamen

E

Ecclesiis



57
Ecclesiis officium nullum gerunt Præpositi, adeoque Præpositura, ibi dignitates non sunt *uti not. Ioh. Andr. in cap. 1. n. 1. de Consuet. in 6. P. Gregor. part. 2. Syntagm. jur. lib. 15. cap. 18. n. 7.*

2. Textus ergo noster nō de his, sed de illis Præpositis intelligendus, videtur. Quemadmodum sane non tantum in Germania nostra sed etiam in Polonia & Anglia multæ reperiuntur Ecclesiæ Cathedralis sive Collegiatae, in quibus Præpositi præcipuam gerunt dignitatem, cum animarum cura & jurisdictione conjunctam: Et sic in Archidiaconorum locum in illis partibus creditur successisse. *P. Gregor. lib. 1. Syntagm. cap. 18. n. 6. & seqq. Pacianus de probat. lib. 2. cap. 27. num. 39. & seqq. Lalinus Zech. de Rep. Ecclesiast. tit. 24. num. 15.*

De Præpositis in ordinem Principum cooptatis.

3. Quid quod in Germania nostra duo præpositi plane ad principale fastigium cernuntur elevati & in subscriptionibus Recessuum Imperii ante Principes seculares collocati: nempe Præpositus *Elwangerensis*, itemque Præpositus & Archipresbyter *Berchtelsgadensis*. Uti post Paurmeisterum & alios refert Otto noster *de Iure Publ. cap. 18. pag. 417.* Quarum utraque aliàs Episcopatum possessoribus conjungi solet (*ut in recessu de anno 1551 pag. 593.* ubi Præposituram Elwangerensem possedit Episcopus Wormatiensis; & postea Episcopus Augustanus als *Probst und Herr zu Elwangen* anno 1559 1566 & alibi) alias etiam absolute poni v. *Dn. Reinking de Regimine lib. 1. clas. 4. cap. 21. p. 247.* Ubi recte observatur, præpositum istum Anno 1529 in Recessu Spirensi sive constitutione aut mandato *wieder die Wiederräuffer* p. m. 192. appellari, *Abt zu Berchtelsgaden.* Sed diligenter adnotandum, Abbatem hunc vel Præpositum illo tempore nondum fuisse Principibus Ecclesiasticis accensitum: Sed imo Prælati tantum, etiam in subscriptionibus de anno 1532. 1541. 1542. 1545. &c. usque ad annum 1555. p. m. 417. ibi: *Wolfgang Probst und Erz-Priesters zu Bergoldsgaden.* Qui idem postea Anno 1557. Inter Prælatos personaliter comparentes pag. 508. primo loco: Præpositus autem Elwangerensis inter Principes Ecclesiasticos ultimo loco refertur & nominatur. Sed in Recessu Anno 1559. prima vice Ecclesiasticorum Principum catalogo inscriptus & Principibus Secularibus prælatus visitur p. 539. ibi. *Wolfgang Probst und Erz-Priestern zu Berchtelsgaden.*

Berchtolsgaden. Qui idem subscripsit eodem ordine atque prærogativa anno 1566. pag. 578. f. Iterumque 1567. pag. 593. Ubi appellatur Wolfgang Probst zu Berchtolsgaden und alten Dringen quæ Synonymicè usurpari Dn. Reinking. ibid: annotavit. Porro anno 1570. 1576. eundem locum obtinuit ejusque successor Jacob Probst und Erh. Priester zu Berchtolsgaden anno 1582. p. m. 705. Ubi præposito Elwangen si immediatè subjunctus legitur. Atq; ita deinceps alii Successores in Præpositura, ordinè Principum Ecclesiasticorum, continuasse deprehenduntur: etiam quando Episcopis hæc Præpositura cessit aut Coadjutoribus. Uti ex recess: de anno 1598. 1641. & c. 1654. apparet.

4. His vero Principibus & Statibus Ecclesiasticis adscripti sunt Magister Ordinis Equitum Teutonicorum S. Marianorum: Itemque Magister Equitum D. Johannis uti ex subscriptionibus Recessuum & matriculis imperii patescit: de quibus propediem ex professo in Continuatione Comment. in Ottonem dicemus. Notabile etiam est quod hodie in Capitulatione Leopoldina post Principes, Prælatorum etiam facta fuerit mentio, in specie: quod in Capitulationibus anterioribus factum non fuisse, observavit Limnæus tom: 5. addit pag: 325 *conf. tamen R. I. de Ann. 1641. p. 61*

Ad verba. Si antiquitus.

1. Post enumerationem & expositionem *personarum Ecclesiasticarum, qua fenda dare possunt*; subjicitur *determinatio*, quatenus & quando hanc facultatem exercere Clerici queant: nempe *si antiquitus consuetudo eorum fuerit fenda dare*. Repetitur eadem determinatio, & quidem cum uberiori declaratione hoc lib. tit. 6. pr. Enimverò determinationem istam recentiores quidam planè omittere solent, ut *Anthonius disp. 2. th. 3.* (licet lit. g. id moneat) *Finkelthufius disp. feudali 5. th. 4.* & alii: fortè quod hodie Prælati potentiores, liberio rem rerum administrationem vel nacti sint, vel usurpent. Quia tamen non spectandum est, quid Romæ fiat, sed quid Romæ fieri debeat, ne per istas traditiones à textu recedendo, major anomalia ac tandem *ἀνομιὰ* ipsa ut fieri solet, inducatur: Ideo rectius alii limitationem istam etiam in generalibus suis præ-

E 2

ceptioni



ceptionibus retinent, ut M. Wesenbec. qui cap. 4. de feud. n. 1. ita loquitur: Ecclesiasticæ personæ, etiam sine solennitatibus in rerum Ecclesiasticarum alienatione requisitis, feudum dant, si concedi solitum sit. cap. ult. Exe. de feud. cap. 1. in f. vers. hac omnia. Si de Invest. inter Dom. & Vasall. 1. feud. 16.

2. Dicamus itaque determinationem hujus tituli, præmissam regulam & de clarare & restringere. Declarare hæcenus, & ostendere, quod jus istud tantum sit conditionale & permissivum (si antiquitus consuetudo eorum fuerit feuda dare) Unde à contrario sensu colligitur restrictio: si personæ aliquæ Ecclesiasticæ antiquitus non consueverint feudum dare eas, nec deinceps hanc facultatem usurpare posse. Ratio declarationis posita est in vi & effectu consuetudinis: Consuetudo enim antiqua pro lege habetur, l. si provincialium 4. ibi: Ultra antiquam consuetudinem, & nostre terminos jussionis C. vectigalia nova institui non posse. §. 9. 7. de fur. Nat. Gent. & Civ. Colleg. Arg. in tit. de Legibus tit. 38.

(Antiqua
consuetudo
quæ?)

3. Quæris quæ sit antiqua consuetudo. Respondebunt plerique. Verbo antiqui juris & moris, venire tempus centum annorum Duenn regul. 299. n. 7. Tiraquel. in l. si unquam verb. omnia n. 31. C. de revoc. donat. Menoch. de A. l. Q. lib. 2. cas. 3. Ubi licet fateatur alios 100. alios 90. alios 70. alios 30. annorum spatium requirere, rem tamen lege non definitam, judicis arbitrio relinquit n. 2. sequitur Anth. disp. 1. de feud. th. 6. lit. B. vers. Illud in obscuro est.

4. Enimvero Rosenthal de feud. cap. 4. conc. 29. lit. g. in fine arbitratur, hanc Menochii traditionem procedere forsan in aliis negotiis: cæterum hoc loco rem infeudari solitam dici, quæ vel semel cum solennitate & requisitis legalibus in feudum data fuerit, quasi eo ipso aliam qualitatem induerit add. Thomingius 2. consil. 7. n. 24. Si autem infeudatio sine solennitate legali processerit, tum ad consuetudinem talem, cum minimum duos actus requiri & decursum 40. annorum. per cap. 1. de reb. Eccles. non alienand. & alios textus adductos concl. 30. n. 4. C. conf. Joh. Ruding. 1. quæst. feud. 80. n. 17. Et omnino Thoming: d. vol. 2. cons. 7. n. 34.

5. Forfan etiam dici possit, respicere Feudistam ad qualitatem bonorum antiquam: Cum enim Episcopis & prælatis integra territoria acceperint indulgeri, Et in his multa sæpe feuda fuerint, eaque

eaq; cum qualitate sua transferint, eadem vel præcipue, ut antiquitus infeudari solita, describi & designari potuerunt. Et hæc de ratione adhibitæ declarationis. Conf. sup. p. 10. th. 3.

6. Ratio autem adjectæ restrictionis assignari potest multiplex (1) à personarum feuda conferentium conditione: Quoniam Prælati non sunt Domini rerum Ecclesiasticarum, ut de his pro arbitrio libere possint disponere: Sed sunt duntaxat Administratores bonorum Ecclesiasticorum: Administrationis autem officium hoc in se continet, ut nihil temerè alienetur, sed juxta regulam à majoribus præscriptam: *Gudelinus lib. 1. de feud. cap. 1. n. 6. Canisius in prælect. ad tit. de decimis. n. 18. vers. Licet enim.* Altera (2) à conditione & qualitate bonorum non solitorum antiquitus in feuda dari. Cum enim ea bona Ecclesiastica & cultui divino vel directè vel indirectè sint dicata; non debent temerè profanis usibus addici *can. semel Deo dicatum 51. de Regul. Jur. in 6. Zasius de feud. part. 4. pr. Licet enim prædia, agri, vineæ, sylvæ &c. suo modo & sensu dici queant bona temporalia: nihilominus alienari regulariter prohibentur l. jubemus 14. C. de S. S. Eccles. cap. nulli. 5. de reb. Eccles. non alien. Joh. Sandeus de prohibita rerum alienat. cap. 7. § 1. vers. 5. (3) à qualitate ipsius concessionis; Hæc enim cum meram liberalitatem sapiat & redoleat. 2. feud. 23. non potest contra antiquam consuetudinem ab administratore interponi. *Gudelin. d. l.**

Denique quia (4.) permissio ista (in feudandi res Ecclesiæ) sub certa conditione facta est; Ea deficiente, (& si bona non sint solita infeudari.) Deficit etiam permissa potestas. *arg. l. necessario 8. § 1. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam 36. Si cert. pet. Surdus de aliment. lib. 9. quest. 4. n. 23. Sub certa enim conditione permissum aut concessum; sub contraria censetur inhibendum aut revocatum. arg. l. si legatum 10. & l. legata inutiliter 14. de admend. legat. Bocer. de invest. feud. cap. 5. n. 19.*

7. Colligitur autem porro ex hoc textu *πρόσφατα* celebre: nempe rem in feudari solitam & ad Ecclesiam reversam à Prælatibus sine aliis solennitatibus reinfeudari posse. *Rosenthal. cap. 4. de feud. conclus. 21. (Conf. Ifern. h. n. 4. qui Hostientem sic allegat ac defendit: Addita etiam ratione differentia: Quod olim res Ecclesiæ*

E 3

fuerint

fuerint accisæ & tenues, itaque opus fuisse majore circa alienationem solennitate atque inquisitione : Quæ rarissima sit in multis, post res Ecclesiarum mirificè augmentatas. faciunt q; pro hac opinione deducta ab Aymone Cravetta *part. 3. de antiquit. temp. n. i. vers. primus casus.* ubi notabiliter tradit : Quando cum antiquitate temporis concurrat alia præsumtio, puta possessio vel quasi longi temporis, sciente & patiente adversario; tunc etiam *tempus decem annorum* dici antiquum: ponitque exemplum in rebus Ecclesiæ: pone, inquit, rem Ecclesiæ vel minoris esse alienatam, nec apparere de solennitatibus requisitis: Si tamen Emtor possedit rem decem annis, parte sciente & patiente; certè post lapsum decem annorum præsumi videtur solennitas extrinsecâ, requisita in tali alienatione. per cap. pervenit. 4. (quod tamen de alio tempore loquitur) de Emt. vendit. & jura alia.

8. Enimvero præmissum *πρόσιμα* vicissim multis deinde modis à Dd. limitatur: Et nempe (1.) si feudum pertineat ad mensam Ecclesiæ *wannes zur Tassel* gehöret/ut tum sine solennitate legali reinfeudari nequeat. *Rosenthal. d. cap. 4. concl. 33.* Quanquam hæc limitatio videatur terminos regulæ propositæ egredi, cum hæc sint opposita, *rem esse infeudari solitam & pertinere ad mensam Episcopi vel alimenta Ecclesiæ.* Et ap. alios quærat an feuda quæ semel mensæ Episcopi sunt incorporata, de novo in feudum possint erogari. *v. Thoming. vol. 2. consil. 7. Menoch. cons. 79. n. 10. p. 308.* Unde ipse Rosenthal se nequit ex ista difficultate expedire. *d. cap. 4. concl. 38.* Illa autem limitatio facilius intelligitur & rectius habet; quæ concl. 35. subjicitur: Nempe si Ecclesia antea locuples ad paupertatem redacta fuerit, quod tum feudum, etiam reinfeudari solitum, debeat potius mensæ Ecclesiæ incorporari. Reliquarum, quæ à Rosenthalio *c. 36. & seqq.* subnectuntur. Declarationum examen in alium locum commodiorem. *p. 1. f. 6. & 2. f. 35.* rejicimus, ne hic justo prolixiores simus. *v. interim Redoan. de reb. Eccles. non alienandis rubr. 23. n. 21. ac seq. Cavalean. part. 1. decis. 46. n. 4. & n. 22. Itemque decis. 45. n. 28. Camill. Borell. consil. 91. n. 22. Joh. VVames. cons. 267. n. 1.*

9. Sed nec illa quæstio videtur prætermittenda (cum communis querela sit de Pontifice & aliis Prælatibus Ecclesiæ Romanæ quod

quod hodie præcipua ipsorū cura sit, nepotes locupletare. *Thomius* 1. *conf.* 11. n. 2.) Utrū sc. Prælati res infeudari solitas libere, cuicumq; velit aut cupiat, ex cognatis suis in feudum concedere possit? Affirmant id *Dd. Papicolæ* communiter. (uti videre licet ap. *Panormitanum* & alios citatos *Fachinæo* 7. *controvers.* 31.) adducentes in eam sententiam *cap. dilecto 25. de Præbend. & dignit.* Consentit *Jeremias Reusner* cum citat. *disp. feud. 2. tit. 29.* allegans insuper (2) *text. 2. feud. 91. vers. dicitur etiam.* Item (3) *cap. Relatum 12. ibi. Sive sint consanguinei sive alii. De testament.*

10. Verū suspectas facit ex Pontificiis & modernis feudistis concessionem ejusmodi, *Gudelinus part. 2. de feud. cap. 1 n. 7.* cum verendum sit, ne in ejusmodi concessione non tam utilitas Ecclesiæ, quam propinquorum spectata videatur; Eaque de causa putat *Justinianum* nominatim vetuisse, ne bona Ecclesiæ cognatis per *Emphyteusin* vel similem contractum concedantur. *Novel. 120. cap. 5. §. 1.* Cujus summa refertur in *Auth. Quibuscunque. post l. 14. C. de SS. Eccles. Fac. can. Pervenit 13. caus. 1. q. 3. Vbi inter characteres & notas AntiChristi refertur, bona Ecclesiæ consanguineis conferre.*

[NB.]

11. Nec moveri videtur *Gudelinus* oppositis textibus; cum, 2. *feud. 91.* collatio feudi in cognatum facta, non probetur; sed improbetur. Deinde *cap. 12. Ext. de testament.* loquatur de *Consanguineis* defuncti, quibus non tam defunctus, quam Capitulum beneficium exhibuerit. Denique in *c. 26. Ext. de Præbend.* Cognatus beneficium potius accipiat, à resignante quam à conferente.

12. Tamen si vero *Panormitanum* & sequaces inter alios fortiter & prolixè defendant *Jure Consulti Lipsienses* in consilio quodam subjecto *lib. 2. quæst. Hartm. Pistor. 27. pag. 582.* (hodie habetur inter *Consilia Thomingii vol. 1. & est supra allegatum XI.*) n. 33. arbitrati, *Authenticam.* Quæ in specie de *Oeconomia* loquatur, perperam ad Prælatos Ecclesiarum trahi, quibus in feudis antiquis plenior nec ad extraneū restricta facultas concessa sit. Adeoque n. 34. hanc opinionem communiter receptam esse testantur. Merito tamen hanc Ipsimet limitationem adhibent; ut consanguineus sit honestæ conditionis ac famæ, capaxque beneficii: post *Clarum. Rosenthal & alios Anthon. disp. feud. 2. tit. 3. lit. g.*

Et

Et prælatus consilium & consensum capituli adhibeat. *per tradit. Soubec. de feud. part. 6. n. 3.* Ut non tam ipse quam capitulum contulisse videatur.

(Immanis
hujus juris
extensio &
productio?
not.)

13. Extremo loco illud etiam observandum venit: Episcopos, & Prælatos alios, posterioribus temporibus, non tantum liberiorē in feudādi facultatem *in feudis concedendis* sibi arrogasse; sed ad exemplum reliquo principum longē pleniorē circa dispensationē rerum Ecclesiasticarum potestatem adeptos fuisse, ita ut deinceps feuda talia, etiam à Possessoribus possent alienari, ex solo Prælati consensu. *v. Mingium de superiorit. territ. cap. 4. n. 54. vers. Adeo ut Principes Imperii & Prælati, Abbatesq., Gratia Dei suum Principatum adscribant.* Ita ipse Archi Episcopus & El. Trevirensis in der Eburfürstl. Erierischen *manutenenz. part. 1. cap. 1. n. 24. pag. 47.* Erzbischoffe und Bischoffe im H. R. Reich seint zugleich Principes seculares und werden von Kayserl. Mant. post factam electionem, in denen temporalitāten gewöhnlich Investiret und belehnet/ quæ Imperatoris Infeudatio plenissimam tribuit Jurisdictionem. *Fulv. Pacianus. cons. 101. n. 27.*

14. Neque tamen diffiteri possumus, non omnium Prælatorum hac in parte parem esse conditionem, sed alibi capituli auctoritatem, absolutam hanc potestatem valdē constringere: Et si maxime viventi conniveat, post mortem tamen Collatoris non pauca retractet. Unde graves sæpe de ejusmodi alienationibus s. mutationibus feudorum in allodia oriri solent contentiones, qualē nuper admodum conspeximus *in causa C. A. Actoris. contra C. B. & consortes alios:* Propenebatur enim in facto, Nobiles quosdam ab O. ante ducentos annos 7. hubas ab Episcopo P. pro feudo possidisse, postmodum verò consensū de alienandis & vendendis illis agris, à successore Episcopo Simone impetrasse, atque inde bona ista per multas manus ad modernos possessores pervenisse. Actor contendebat alienationem esse nullius momenti, *quia feuda Ecclesie, non magis ac alie res Ecclesie sine solemnitatibus requisitis alienari queant.* Neque sublevare longi temporis decursum. Quia nemo in præscriptione se fundare possit, qui titulum allegat. *Molin de Hispan primogen lib. 2. cap. 6. n. 68.* Quibus tamen allegationibus non attentis, collegium pro possessoribus pronuntiavit uti ad tit. 6.

hujus libri, Deo volente, pluribus exponemus,

Deperj

I
personi
Feudi st
vel regi
majore
si Capita

D
pestate
quam à
iple Bell
culo de
persona
pag. 93.
planè d
Bellarm
Chrono
quiter
quinq
fædata
solitun
cleric.
(qui an
fuisse p
eo. VV
etiam
necro
234. c
quide

De personis secularibus seu politicis quæ feuda dare
possunt.

THESIS I.

I. Expositis ob dignitatem togæ Ecclesiasticæ, primùm
personis Ecclesiasticis, quæ feuda dare possunt; Pergit
Feudista ad Seculares: quas distinguit in Capitaneos (regni
vel regis) & valvasores; Eosque iterum subdistinguit in
majores & minores conf. tit. 14. hujus lib. §. si Capitanei. ibi.
si Capitanei vel valvasores majores vel minores.

(Analyse
vers. Dux
Marchio)

Διέξοδος.

Dubitare quis possit, cur ordines Imperii seculares hac tem-
peltate non tam à dignitatibus, quas in Republ. pacata gerebant,
quam à sago & militari functione fuerint distincti; Cum tamen
iple Bellarminus fateatur in *Chronologia parte, 2. pag. 89.* Jam se-
culo decimo rerum ordinem converlum fuisse; Cum Pontifices &
personæ Ecclesiasticæ parum sollicitæ essent de Republ. additque
pag. 93. in anno 1028. Iis temporibus Pontifices à pietate veterū
planè degenerasse, Principes autem sæculi pietate floruisse *Hæc*
Bellarminus. Gilbertus Genebrardus Theologus Parisiensis lib. 4.
Chronolog. ad Annum 902. pag. 807. (in Lovaniensi edit. hæc ne-
quiter omisi sunt) scribit: Ipsam Petri cathedram, quam vocant,
quinquaginta Papis à Johanne IX. ad Leonem usq; per annos 150.
fædatam fuisse. Sanè Johannem X. & XII. ipsius Diaboli saluti libare
solutum fuisse, inter alios refert Cujac. *ad cap. 14. de vita & honest.*
cleric. Congruit aliorum traditio, qui Pontifices à Sylvestro II.
(qui an. 999. sedit) ad Gregorium VII. usque (inclusive) magos
fuisse perhibent. v. *Vierium de prestig. Demonum lib. 5. c. 2. vers. nec*
eo. Wolf. centen. 15. p. 988. Quam verè hæc competant temporibus
etiam sequentibus, ab Hildebrando (s. Hellenbrando) artibus
necromanticis dedito; ex *Vrberg. Gerhard. C. C. lib. p. art. 2. c. 2. pag.*
234. qui circa annum 1075. sedem occupavit, numerandis; nec ipsi
quidem Pontificii scriptores dissimulare aut diffiteri possunt. Sic
enim

(circ. annō
1152.)

F

enim inter alios tradit Baronius nō tantum in ann. 897. n. 4. ad ann. 400. n. 3. Ad annum 908. n. 3. 4. 6. sed vel præcipue ad annum 1106. §. 26. commemorans: Communem fuisse opinionem præstantium virorum, sæculo XI. post Christum natum, *Anti-Christum* esse revelandum. Et ad hanc formam in A. 1139. §. 13. porro describit: In Romana Ecclesia triumphasse Anti-Christum: his verbis Papam Anacletum II. designans. Inde conquestus est Henricus II. (qui sub initium sæculi XI. rebus præfuit) & in concilio quodam Tremonia zu Dortmünde/instituto publicè proposuit, **daß der Geistliche Stand von der Lehr der Heyl. Schrift in vielen abgewichen / und hiermit dem gemeinen Mann zu Sünden und Lastern die Bahn geöffnet.** v. *Lehmannum Chron. spirens. lib. 5. c. 16.* Eaque de causa de emendando Ecclesiæ statu cum Roberto Francorum Rege consilia agitata, memoratur. ex *Siffrid. & aliis Cluver. in Henrico II. m. p. 489.* Nec alii mores erant Ecclesiasticorum tempore Friderici I. quippe cum seditionibus Episcoporum & Antipaparam Ecclesia ferè planè subverteretur. *Attestante Caranza in summa concil. fol. 396. & Platina in vit. Pontif. p. 178.* Erant ergo eo sæculo clerici tales, quales describit Joh. Baptist. Gallus, *annotat. in Thuan. cap. 5. p. 29. vers. Quamquam quos ille vocat Episcopos, S. Athanasius vocat κατὰ νόμους, Ezechiel Propheta Episcoporum larvas & idola: Item q. c. 8. & 9. add. D. Gerhard. confess. Cathol. lib. 1. p. 2. c. 2. §. 17. & seqq.* Probiores autem multi seculares principes: Cur ergo à bellicosis muneribus duntaxat hinc destinguuntur? Sunt qui hanc appellationem tantū ad regnum Liguria f. Longobardia pertinere arbitrantur, cujus metropolis fuit Mediolanum. *Dn. D. Birsch. in Comment. ad hunc loc. Quorsum etiam inclinare videtur traditio Cujacii ad hunc text. p. m. 798. c. ibi.* Tres sunt in Lombardia. ordines Capitaneorum, Valvasorum, plebis. Quorum sententiæ favere videtur *tit. 13.* hujus libri. Ubi in fine dicitur. In feudo comitatus vel Marchiæ vel aliarum dignitatum non esse successionē secundum rationabilem usum. Et in seq. *tit. 14.* De Marchia, Ducatu vel Comitatu vel aliqua regali dignitate investitum, non habere successorē filium, nisi is feudum per Imperatorem acquirerit. Enimverò aliud tempore Friderici I. in plerisque Ducibus Marchio-

Marchi
consta
Feudif
bardia
tradidi
conver
legibu
tores, c
jura fe
troduc
tas feri
nitantu
hibent
daß d
da da
bung
in Kei
nig d
schaff
men
merg
illi, Sp
rensi b
imper
non se
pelluc
num a
persp
gni (v
Eccle
exhib
602. I
hemi
audet
bus a
Eccle

Marchionibus & Comitibus Germania receptū fuisse ex historicis constat & infra uberius probabitur. Unde recte inferri videtur Feudistā hic tantū de Ducibus, Marchionibus & Comitibus Lombardia loqui. Quorsum etiam pertinet quod supra pag. 11. th. 3. tradidimus, Fridericum I. Anno 1158. Roncaliis in Italia indixisse conventum Principum & Civitatum Longobardia, & cum his de legibus in Regno Longobardia constituendis egisse. Unde Novatores, quibus unicum studium est incopriare, audacter tradunt, jura feudalia demum seculo XV. in Scholas & fora Germaniæ introducta esse, p. 155. (quorum ignorantia hic & alibi saepe gratuita ferimus suppetias) Enimvero cum hi Locutuleji, præcipue nitantur authoritate *Lehmanni*, Spirensis scribæ satis temerè perhibentis *Es sey auß dem alten Landrecht abzunehmen/ daß die gemeine beschriebene Römische Rechte der zeit/ da das Landrecht beschrieben worden/ noch nicht in Übung und Brauch kommen/ addendo paulò post; und sey in keiner Historien zu finden/ daß ein Kayser oder König die alten Gesetz und Rechte der Teutschen abgeschafft/ oder andere Recht an deren Statt anzunehmen gebotten/ bis bey Auffrichtung des Kayserl. Cammergerichts &c.* Semel juvenutis causa notamus, *Lehemanno*, illi, Spirensium scribæ, diligentiam in conscribendis annalibus Spirensibus, equidē denegandam non esse; At juris divini & humani imperitiam & odium in Doctores, (sibi, utpote scribæ, præfectos) non solum ex apostasia manifestum esse, sed & ex scriptis undiq; pellucere, v. lib. 7. cap. 95. Namque ut ex millenis indiciis vel unum afferamus; Nunquid Christianæ religionis fundamenta perspecta habuisse, arbitramur eum, qui præstigias Alberti Magni (verius Magi magni, utpote qui in Episcopatu Ratisponensi, Ecclesiæ præfectus, non dubitavit Magiam docere) Anno 1248 exhibitas, sine ullâ notâ & veluti cum plausu refert. lib. 5. c. 90. p. 602. laudans testem omni exceptione majorem Abbatem Tritheimium, (quem nec Bellarminus à crimine Magiæ absolvere audet) Inprimis autem Steganographiam perniciosi dogmatibus ad Magiā pertinentibus plenam esse pronuncians. *de Scriptor. Ecclesiast. p. 434.* Utcunque præstigias istas narratione à Trit-

(v. Ge-
vold. de
septemvi-
ratus c. 7.
p. 710.)



hemii & Lehmanni relatione longè disparata, positisque circumstantiis planè diversis, tegere conetur Bzovius in anno 1248. n. 2.) Nunquid etiam eum juris arcana penetrasse putabimus, qui (ut ex ipso capite 21. lib. 4. apparet,) nescit distinguere jus commune à provinciali & topico. Utcunque enim Impp. Germani provinciis jura sua topica vel usitata Caroli M. Capitularia, & similia placita non inviderint, nec abrogarint: Quia tamen illa omnibus numeris imperfecta deprehensa sunt, semper ad jus Romanum, tanquam æqui bonique unicum fontem recurrendum fuit, uti sæpius ostendimus. v. tr. de altero tanto p. 348. Ubi Danorum, Hungarorum, Polonorum & aliarum gentium testimonia adduximus. Idque indicat jus provinciale ab ipso Lehmanno allegatum c. 5. in verbis. **Alle Rechte die in Bücher der Landrechte geschrieben sind/die sind gewehret nach geschriebenen Rechte/und etwan nach gewohnheit/plane stylo Feudistæ z. feud. 1.** Confundit autem Apostata duas quæstiones. Aliud enim est, quærere de Inductione Juris Romani, ut *suppletorii* fragmentorum per statuta invectorum: Aliud vero est, quærere de Juris Romani, inductione in usum abrogationis consuetudinum localium: De illa, non de ista contendimus, nempe Jus humanum & Feudisticum longè ante erectionem Camerae Spirensis atque adeo tempore Friderici I. viguisse. Cujus rei irrefragabile testimonium habemus in *Auth. Habita C. Ne filius pro patre.* quam Imp. Fridericus I. Germanus utique Princeps & Germaniæ summus Imperator anno 1158. Codici Justiniano tanquam suo insertum voluit, exemplo Justiniani in §. 10. *Instit. de testam. ordin. ibi. nostro Codici inseri jussimus. l. ult. C. de Hæreticis* Quomodo etiam Henricus VII. Lucenburgicus dictus, Constitutionem de Hæretis corpori Juris Civilis ideo inseri voluit, ut totum illud jus suum esse, suaque autoritate niti testatum faceret, v. *Goldastum. tom. 3. const. Imper. p. 408.* Ad eundem modum Carolus IV. in A. B. tit. 24. Maximil. I. in Recess. Wormatiens. de anno 1495. Carolus V. in sua ordin. Crimin. art. 117. 129. 135. Imo & jam longe ante Otho M. v. *Sigon. lib. 7. de regno Italia in anno 973.* nullum certius componendarum litium publicarum & privatarum remedium, quam jus Romanum invenerunt, *que loca in*

præfat.

*præfat. da
inflexisse
sultasset,
Imperii
Ajo Loc
superior
cum ma
dus, ne à
ab adole
fis nug
cum no
lis, Rad
aut diffi
ander
fast. pl
Novato
feudor
promu
postor
promu
gimus
que et
possum
ter stat
observ
singen
scribit
perii,
forum
Histor
B. qui
in libr
iam co
cimæ
alium
in me*

præfat. disp. 1. in Cod. pag. 1. & alibi multoties adducta, si nobilis puer
inspexisset, viris probis non ita temere per juvenilem petulantiam in-
sultasset, multò minus tam impudenter S. C. M. & Summorum
Imperii Statuum potestatem & voluntatem, cum suo Magistro
Ajo Locutio in dubium vocasset: Sed præcepti quarti memor erga
superiores modestius se comparasset. Enimverò ut Phileta Cous,
cum macerrimo & pusillo esset corpore, à plumbo petiisse fertur pon-
dus, ne à ventis prosterneretur: Sic isti, cum de sua virtute desperent,
ab adolescentulis robur petunt & fulcimentum. Sed nos missis i-
stis nugatoribus hodie ad jus feudale revertemur, quod Frideri-
cum non Italis solum, sed & Germanis condidisse, Otto Frisingen-
sis, Radevicus, & alii Historici abundè testantur. Nec dissimulandum
aut dissimulare potest Lehmannus d. lib. 5. c. 59. pag. 513. ibi: **Sunt
andern hat Er das Lehnrecht ordentlich und wohlver-
fast.** plenius rei gestæ historiam exsequitur, cap. 60. 61. 62. Unde
Novatores ipsi concedere coguntur c. 25. de O. I. G. p. 109. jura ista
feudorum Ronealiis præsentibus etiam Germania primoribus
promulgata fuisse. Nimirum si Historicis fidem detrahant Im-
postores, non possunt expungere tit. 55. lib. 2. feud. ubi jura hæc
promulgata dicuntur, Habito consilio (eorum de quibus jam a-
gimus) Episcoporum, Marchionum, ducum & Comitum, simul-
que etiam Palatinorum judicum & aliorum procerum. Nec
possunt abolere §. 1. d. tit. ubi Imperator Fridericus disertè & firmi-
ter statuit: Jura feudalia tam in Italia, quàm in Alemannia esse
observanda. Sic ergo generaliter exaudimus, quod Otto Fri-
singensis, (Germanus sanè etiam, atque Imperatoris cognatus)
scribit lib. 2. de reb. Gest. Friderici 1. cap. 12. tres fuisse ordines Im-
perii, (totius; nec tantum Longobardici) Capitaneorum, Valva-
forum & Plebis. Congruit relatio Pandolfi Collenutii lib. 4.
Historia Neapolit. sub tit. de la vie de Federio en general. pag. 149.
B. qui de Friderico I. sic scribit: plurimas condidit leges, relatas
in librum Juris Civilis, dictum Codicè Justiniani: Curavit et-
iam componi librum legum, dictum de Usibus feudorum vel de-
cimæ Collationis, qui per omnes universitates legitur: Similiter
alium librum dictum constitutiones Regni. conf. Jerem. Reusner.
in method. juris feud. præfat. ubi ostendere conatur: Longobardos
fuisse

fuisse Saxonie Incolas & has consuetudines secum è Germania in Italiam attulisse: Vnãe & pleraque vocabula originem Germanicam sapiant ac mores. Ut itaque ex digressionem ista in viam revertamur; Arbitramur appellationes istas *Capitaneorum* & *Valvasorum* non tantum statui turbulento & Martiali, sed ipsi etiam subiectæ materiæ deberi: sunt enim feuda, militaria beneficia: vasalli, milites; Horum ergo Præfectos Capitaneos appellari, non fuit absolum visum aut absurdum. Ad tit. 13. & 14. hujus libri suis locis respondebimus, ostensuri, originem & progressum rei etiam hic distinguendum esse.

THE S. II.

(Anal.
vers. sunt
& alii)

Capitanei regni, considerandi veniunt & ratione nominis & ratione juris. Quod ad nomen Capitanei, des *Rönigs oberste Hauptleute oder Reichs-Obersten* dicuntur, qui Latinis sunt Principes s. proceres, inquit Hottomann. *Lexic. feudali. in voc. Capitanei*, ubi etiam homonymiam exponit: quod quidam Capitanei appellentur *proprie*, nempe Capitanei regni: Quidam *improprie*, qui sc. urbium tantum præfecti sunt. *de qua re mox dicam plenius ad vers. sunt & alii*; Capitanei ergo proprie dicti erant, definitore Oberto 2. *feud. 10.* qui à Principe (summo sc. h. e. Rege aut Imperatore) vel de Ducatu, vel de comitatu erant investiti. Uno verbo: Quibus Rex regalia jura & munia cum potestate concesserat: Qualia erant: *Ducendi exercitum*, unde Duces s. *Herzogen* dicti. *Tuendi limitem* s. *marcam* aut *marchiam*: Unde Marchiones (quos *Fridericus* aliquando *Ducibus* præponit. 2. *feud. 55.* Ut sc. *ordinis equalitatem notet. conf. Pancirollum lib. I. variar. lect. cap. 5. ubi in vers. Marchiones, tradit: Hoc nomen ante librum feudorum non reperiri.*) Denique *Comitandi Regem domi & foris*, ac jura justitiamque passim dispensandi

landi. v. *Besold. de Comitibus & Baronibus Imperii th. 1. & 2.* (Ratio nominis)
Hi vero omnes quia capita plebis erant, Capitanei recte vocabantur: quemadmodum etiamnum hodie viri summates *die Häupter oder Hauptleute* & in curiis feudalibus atque investituris *hohe Männer/ vel hohe Edle Manne/* appellantur. Ut enim caput membris praest: Ita Capitanei illi, exercitui ac reliquae plebi. *Obrecht. 2. feud. 1. n. 61. Gudelin part. 1. feud. cap. 3. n. 3.*

Διήγηση.

Imp: Fridericus in *lib. de Pace constantia*, omnes Imperii subditos distinguit in nobiles & plebejos s. *Civitates in rubr. d. lib. itemque in vers. Hi autem sunt principes & nobiles Curia.* Nobiles idem distinctius distribuit. *2. feud. 63. in Capitaneos* (qui feuda regalia possident) & *valvasores: Civitates in locorum Rectores, primates & plebejos.* Quemadmodum hodie distribuantur in mediatos & immediatos *v. ap. Besold. thes. pract. verb. Reichs-Stände. Otton. de iure publ. c. 19. p. 461. Limn. ad Capitulat. Caroli V. art. 15. p. 122. & noviss. tom. 5. addit. ad lib. 1. iur. publ. cap. 7. p. 17. & seqq.*

Quæritur autem hoc loco, cur nulla fiat mentio Electorum (qui tamen nonnullis primarii vasalli dicuntur. *G. Schultz in Synops. feud. cap. 10. num. 13.*) Comitum Palatinorum, Comitum provincialium, Burggraviorum, Baronum? (Nam de Imperatore vel Rege quem Dd. in primo ordine feuda dantium constituunt, *v. Anthon. disp. 2. th. 4. B. sufficere potest responsio supra circa Papam reddita pag. 21. th. 6. & 7. conf. cap. Dudum. 14. vers. Nos igitur. De Præbend. in 6.* Ut frustra sit Hottomannus, qui authores hic reprehendit, statuitque ita ordinandum fuisse contextum: Imperator vel Rex feudum constituit idque (1) exemplo *2. feud. 10.* (2) Quia etiam Regna in feudum dentur. & Verum in primo arg. nescit distinguere tractatum de personis investientibus & investitis: In altero autem se ridiculum præbet suggillatorem. *arg. l. 7. §. 22. De interd. & relig. vers. Est enim perquam.)* Et quidem sic

si Cujacii & Bitchii sententia superius adducta placeret, distinctionem sc. istam ad solos Longobardiæ incolas pertinere, expedita jam esset responsio: Sed quia illi opinioni vix acquiescere licet, distincte respondebimus.

De Electoribus communiter creditur, eos jam ab Othone III circa annum 952. institutos fuisse, v. citatos Dan. Othoni *de jure publ. c. 10. p. 216.* Quod tanquam omni dubio carens supponit Megiserus in Chronolog. Cæsarum, referens de Othone III. **Es habe dasumal der Röm. Käyser die Teutschen Churfürsten erstlich gestiffet.** Et statim postea in *Henrico II. pag. 252.* primum hunc fuisse tradit, qui anno 1001, ab Electoribus jam constitutis Imp. electus fuerit.

Sed ipse sui immemor paulo post narrat Conradum II. à Principibus Imperii concordibus suffragiis electum fuisse. Huic successisse filium Henricum III. Anno 1039. Isti iterum filium cognominè Henricum IV. A. 1056. (contra quem à quibusdā electus fuit Rudolphus Dux Sveviæ) Huic porò successisse filium Henricum V. Anno 1106. Post hunc anno 1125. electum fuisse Lotharium Saxonem **von den Chur und Fürsten des Reichs;** deinceps Conradum III. Anno 1139. Hunc moriturum & Imperio valedicturum successorem designare noluisse filium (ut nec Conradus I. Anno 918. fratrem) sed voto suo detulisse Imperium patris filio Friderico I. quem Principes Imperii simul Ann. 1152. Francofurti receperint & Aquigrani coronarint. v. *Lehmann. Chronic Spirens. lib. 5. cap. 54.* Eod. pene modo designavit Fridericus iste filium suum Henricum VI. *Cranz 7. Saxon. 3. Lehman. d. lib. 5. c. 66.* Hujus autem fratrem elegerunt A. E. Trevirensis & Coloniensis, cum Duce Brabantino & Limpurgico. *Lehmann. d. lib. 5. cap. 70.* Porò etiam Otto IV. electus est Anno 1199. non à Septemviris; Sed à multis Principibus, puta A. E. Coloniensi, Episcopo Mindensi, Abbatibus Corbeiensi, Tudenti, Werdensi, Duce Lotharingiæ & Comite de Kuko. Qui in literis quibus electionem P. M. significabant nomina sua subscripserunt cum hoc eologio.

Nos Principes (voce latius sumtâ) jam dictum Dominum in Regem elegimus, feuda nostra, quæ ab Imperio tenemus à manu ipsi

nu ipsius recipientes hominum sibi fecimus & fidelitatem juravi-
mus. Ut inter alios refert Lehmannus *d. lib. 5. c. 74. p. 571.* Unde fa-
cile conjicere licet, cur Electorū, licet illi hodie sint bases & præci-
pua Imperii fulcra. *v. A. B. pr. & pass. Capitulat. Leopold. art. 45.*
nulla tamen hoc loco fiat mentio. Nempe inter initia incremen-
ta & statum rei, etiam hic discernendum est, uti ad Ottonem. d.
loc. late & evidenter demonstravimus.

Quod ad Comites Palatinos attinet; Notum est, quid de
eorum antiqua dignitate ac potentia Freherus, Hubertus Tho-
mas aliique prodiderint *v. An. de V. Z. in perspicua dissert. de sin-
gularibus & præcipuis juribus deq. eminentia & prerogativa Comi-
tis Palatini ad Rhenum, in primis p. 9. ubi contendit Comitem Palati-
num primum locum semper post Casarem sine controversia obtinuisse.*
An ergo dicemus, eos sub nomine Ducum contineri, quemad-
modum ille statuit, comites Palatinos Ducibus etiam præposi-
tos fuisse. An vero dicemus cum eod. Comitum fuisse tres ordi-
nes primi sc. secundi & tertii; In quibus primi ordinis fuerint
Pfaltzgrafii, Marckgravii &c. quorum nomina medio seculo ab
autoribus, cum nomine Ducis fuerint confusa. *Ita ille p. 10.*

De Landgrafis certum est, eos (saltem in Germania) priores
fuisse plerisque Marchionibus. Sic enim Henricus I. sive Auceps
Anno 925. demum introduxit Marchionatum *Brandenburgensem*
Anno 928. *Misnensem.* Eodem anno Marchionatum *Austriæ.* Et
Anno 929. *Schleswicensem v. post veteres, Calvisium in his annis.*
Atqui jam antea Landgravios floruisse ex iisdem constat *v. Schaf-
nab. & alios citatos in anno 909.* Imo Ludovicus III. primus
Thuringiæ & Hassiæ Landgravius à socero, Imp. Lothario con-
stitutus traditur. *Dn. Lindenpur. de success. & mutat. imper & fa-
mil. pag. 190. conf. tamen Calv. in Anno 1039.*

THE S. III.

Hæc de subjecti declaratione per descriptionem, *(Ad vers.*
distributionem, & attributa; Sequitur in contextu præ- *sunt & Alii*
dicatum. *Hi Capitanei similiter feudum dare possunt.* Ubi
notandum *primò* circa explicationem vocabulorum, par-

G. ticularum

ticulam *similiter* non esse referendam ad verba proximè præcedentia, quæ limitationem continent, quasi capitanei regni, eadem tantum (satis restricta & adstricta) ratione feudum dare possint atque clerici, sed ad propositionem priorem utpote principalem; hoc sensu, quem admodum Clerici quidam feudum dare possunt: Ita etiam laici quidam. Ut adeo vox *similiter* hic idem notet quod *etiam* (prout Dn. D. Bitisichius in *Comm. ad hunc locum* docet) vel item: uti Horat. Turselinus declarat de *particulis Latinae Orat. cap. 171. n. 3. Ομοίως ἔχει; sed non ἰσάδωτος ἔχει. Cujac. ad l. 2. de reb. cred.* Quod si quis contentiosè proprietatem vocis in significato potentiore urgeat, poterimus dicere: Vocem *similiter* vel *ad priora tempora*, quibus non omnium capitaneorum istorum parerat potestas, referendam esse, vel *ad naturam & qualitatem istorum bonorum*, quæ non absolutè propria essent, si ve plenam proprietatem continerent; sed essent regi & regno per recognitionem domini directi affecta. Quem admodum sane videmus etiamnum hodie feuda Electoratum & Majoratum, licet cum Amplissima potestate à Principibus possideantur, non posse tamen temerè & ultra modum aut morem antiquitus receptum, novorum beneficiorum collatione imminui. *conf. Finckelthuf. disp. feud. 5. th. 13. resp. 2. ad primam objectionem.*

T H. IV.

(Rat. dub.)

Vnde forsitan responderi poterit *ad rationem dubitandi*, quæ circa hanc dispositionem oritur: Videbatur enim absonum aut certe gratis & otiose dubitari de Capitaneis Regni, saltem Friderici I. temporibus, an illi feuda dare possent: Cum Duces, Marchiones & Comites eo tempore provincias & ditiones suas jam jure proprio posside.



fiderent. Et sane cum potestas infeudandi, *in vers. seq.* etiam valvasoribus tribuatur, qui tamen à Capitaneis feuda sua accipiunt: multominus de Capitaneis ipsis poterat dubitari. *arg. cap. dudum. 14. ibi: Etsi memorato Episcopo concessimus potestatem; penes nos tamen nihilominus mansit major: propter quod nostra, qui eandem occupavimus potestatem, potior debet esse conditio. de prebend. in 6. Novell. 78. cap. 4. vers. Quomodo non multo magis l. 5. de serv. Export. ubi Cujac. in Papin.*

T H. V.

Dicendum enim videtur: Licet concedatur Capitaneos istos provincias suas jam illo tempore non administratorio, sed perpetuario jure possedisse; Non tamē absolutam in his potestatem exercuisse, sed limitatam & restrictam ad salutem & utilitatem Imperii, à quo feuda hæc per Imperatorem recognoscebant: Recognoscebant autem sub lege fidelitatis quæ non satis tuta & firma videbatur, si Capitaneis liceret privato arbitrio vasallos, *i. e. milites semper paratos*, beneficiis suis pro libitu conducere: Siquidem in eorum, qui arma tenent & militem semper paratum habent, manu positum est, ut quæta vel turbulenta sit Respubl. uti jam olim Cyrus censebat *ap. Xenophont. lib. 7. Cyropæd. & fidenter monebat Aristot. 4. Polit. 8. v. not. in Armamentario cap. I. p. 43. th. 5. item que c. 4. p. 67. th. 4. & alibi,*

Cæterum quia Capitaneorum istorum fides perspecta & vinculo jurisjurandi ad Imperatorem & Imperium ita restricta erat, ut salus Reip. *fidelibus* istis in omnibus actionibus ob oculos imo in animis verlari censeretur. *2. feud. 6. & 7.* Ipsi verò in sublimibus his officiiis positi præsidio multorum vasallorum egerent, omnino ipsis

G 2

potestas

potestas infeudandi fuit concedenda, v.2. feud. 52.
vers. per multas enim interpellationes.

Διήγησις.

Non ignoramus, multos viros eruditos subinde docere: Olim Nomina & dignitates Ducum & Comitum fuisse tantum officii, quorum quodque stipendiis tantum niteretur. v. Dn. Reinking lib.1. de Regim. c.4. c.16. n.23. postea verò officii ista etiam feudis exornata fuisse: Primum temporariis; tum perpetuis, (Ad initia illa trahuntur ista Taciti in German. c.3. Nec rubor inter Comites aspici; Gradus quin etiam & ipse Comitatus habet iudicio ejus quem sortiantur, magnaue & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem suum honos. Item illud Pauli Æmilii lib.1. in Chilperico. Duces initio, Comitesque à Regibus præficiantur gentibus civitatibusque, ac cum videretur, dimittebantur. Deinde inveteravit consuetudo, ut nisi sceleris convicti, abire Imperio non cogerentur. Idque postremo jurejurando Regum cavebatur.) In qua sententia non tantum fuere quidam Juri, sed & Historici & Politici, quos citavimus in Armamentario p.21. & seq. Sed rectius illi faciunt, qui & re gna & tempora distinguunt. Aliter enim res ista habuit in Oriente & Italia; aliter in Germania. Et quidem ut sub Constantino M. & aliis Imp. Græcis itemque sub Gothicis & Francis res habuerit, pluribus inquisiverunt. M. Freher. in origin. Palat. Gryphiand. in tr. de Weichbild. Befold. in diss. de Comitib. Baronibus atque Nobilibus & noviss. Dn. Myler. in Archolog. Ordin. Imper. c.2. & seqq. In Germania autem aliter res habuit tempore Justiniani, aliter tempore Caroli M. aliter post extinctam Carolinorum sobolem. Neque hic unà & æqualis omnium fuit libertas, sed alter post alterum subinde emerfit. An simpliciter recipienda sit Münsteri traditio, quam suam fecit Lehman. lib.4. c.1. doctioribus disputandum relinquo, sic autem ille: Tempore Ludovici III. qui rerum potitus est circa annum 903. Duces, Marchiones, Comites Palatinos, & Equites tantum fuisse nomina officiorum, non verò dignitates hæreditarias, die Herzogthumb und Graffschafften inquit, was

rem



ren nicht der Herzogen und Graffen / sondern des Reichs / der Könige und Kayser:) Cæterum post tempora Ottonum omnia immutata sunt: Etenim sub Conrado I. electo anno 913. Henrico Aucupi Ducatus Saxoniz in feudum hæreditarium concessum fuit; zu einem Erblehen / auff daß Er desto fleissiger were zu streiten wieder die Obotriten und andere Unglaubige. Postea Otto primus & ejus successores etiam aliis officia Imperii, puta Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, in feuda hæreditaria concesserunt. Hæc ille.

Miaus autem tribuendum Besoldo, qui *part. 1. de jur. publ. cap. 6. pag. 123.* ex sententia Julii Pflugii mutationis hujus originem ad tempora Friderici II. refert. Cum Gerhardus *1. feud. 13.* jam de temporibus Friderici I. aliud testetur: Alii autem seculo decimo hanc appropriationem assignent. *v. Dn. Myler. in Archolog. c. 10.* Utiq̄ue ad eum potestatis gradum qualis hodie cõspicitur Capitanei isti, saltem in Lombardiã nondũ aspiraverant. *v. Obrecht. 2. feud. 1. n. 58.* Licet de Germania Sigebertus memoret. *A. 914.* Potentiores regni Principes rebellionem meditados fuisse, scilicet Arnoldum de Bavaria, Burchardum de Suevia, Everhardum de Francia, Gilbertum è Lotharingia: & horum omnium præcellentiore, Henricum Ducem de Saxonia & Thuringia. Hunc enim *primum* libera potestate regnasse in Saxonia, scribit Witi-chindus *lib. 1.* Certè nondum licuit feuda ista regalia dividere. *2. feud. 55. vers. Praterè Ducatus.* Nimirum ut jura publica; *l. 11. §. 13. De leg. 3. §. 1. de fidei. hered. pr. 1. de Codicill.* Sic & privatorum jura atque prætensiones, si vitium quod Aristoteles *αὐτῶν τὸ μισθὸν* appellat, non caveatur, ingentia capiunt incrementa *v. Aristot. 4. Polit. 11.*

THESIS VI.

Et hæc quidem de Capitaneis. Nunc de Valvaso-
ribus videamus. *Valvasores* ratione etymi dicti putantur *(Ad vers. sunt & Alia-)*
à valvis; quòd ad valvas Dominorum suorum aut custodiae aut reverentiæ causa consistere solerent, *post præpositum, Iferniam, Cardinalem Alexandrinum & alios Feudi-*

G 3

stas

stas veteres Vultej. i. feud. cap. 4. p. 61. Obrecht. 2. feud. i. n. 60. Alias Etymologias congersere Bocerus de natura feudi cap. 3. n. 34. & seqq. G. Anthon. disp. feud. 2. th. i. lit. C. quas nec Beckmannus, nec Martinus, nec Fungerus discutere sustinuerunt. Porrò Valvasores isti sunt vel majores vel minores. Majores considerantur in relatione cum ad superiores, tum ad inferiores. In relatione ad superiores, quòd ab illis beneficia & appellationem accipiant. In relatione ad inferiores, quòd & ipsi feuda aliis dent, qui valvasores minores appellantur.

Exegesis.

Prima observatio quam feudista hic de valvasoribus tradit, est, quòd feuda sua nò ab Imperatore; sed ab ipsius Capitaneis (Ducibus, Marchionibus, Comitibus) obtineant 2. feud. 10. ibi: Qui à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valvasores sunt; **Welche keine immediat Reichs/ Kayser oder Königliche Lehen tragen/ sondern von Fürsten und Herrn belehnet sind.** Factum tamen est temporibus posterioribus, ut etiam Capitanei regni, id est, Duces, Marchiones, Comites, non vererentur feuda invicem, sive à paribus gradu, imò etiam ab inferioribus accipere; Inprimis à Prælatibus & Abbatibus, ut his qui *Principum & Comitum tabularia inspexerunt, obscurum esse nequit.* Aliquandò etiam id efflagitavit necessitas & juris ratio, quando in feuda inferiorum vellent succedere. Neque tamen diffiteri licet, feuda hoc pacto translata, anomalam & irregularitatem quandam induere, exolescente inter pares nimix submissionis respectu, unde etiam feuda ejusmodi potius ad mutuam fidelitatem, quàm ad servitia, dignitatem regalem dedecentia, referenda & restringenda videntur, ut suo loco pluribus dicetur. Novitamen exempla, ubi Illustrissimi Comites noluerunt Principibus feuda regalia inter ipsos controversa & à Principibus occupata, recognoscere; sed maluerunt judicis auxilium & restitutionem expectare, quàm ut ex Valvasoribus regni; Valvasores fierent aliorum (regni licet) valvalorum.

2. Quod

2. Quod attinet *appellationem discretivam*; Olim hi *Valalli* intermediarii appellati fuerunt *Valvasores regis vel regni* s. majores (ad differentiam *valvasorum minorum*) quemadmodum superiores; *Capitanei regis vel regni* dicti sunt. Sed postea cum id nomen assignaretur inferioribus *Valallis*; Superiores autem singularibus titulis inclarescerent; Hi *Capitanei* absolute dici cœperunt. *Conf. que in simili notari solent ad tit. Inst. de Adopt. & ad tit. Instit. de fiduciar. tut.* Tales hodiè ferè sunt *Comites & Barones mediati*, vel *nobiles*, qui à *Principibus, Comitibus* feuda accipiunt. Obstat videtur huic distributioni & appellationi hujusce libri tit. 7. & 15. ubi tria *valvasorum* constituuntur genera, *majorum, minorum & minimorum*. Et sanè *Hottomannus in Lexico feudali*, cum aliis, quatuor *vasallorum* gradus facit, ut *primus* sit *Capitaneorum regni*, *alter* *Valvasorum majorum* s. *regnorum*. *Tertius* *Valvasorum minorum*. *Quartus* *minimorum*: Quid ergò respondendum? Num quid dicemus *ex textu 2. feud. 10. dist. esse*: Utrum *Valvasor* accipiat feudum *immediate* à rege; an verò *mediate* à *Duce, Marchione, Comite*. Ut in ista oppositione alius minor, sit: *1. feud. 15.* Non verò extra hunc respectum; Veluti quando oppositio fit & dirigitur adversus *minores* s. *minimos valvasores*. Et sanè commodè referrì possit atq; etià explicari ex ista distinctione præsens versiculus. Quomodo enim aliàs illi, qui à *Capitaneis* tantum s. *Ducibus, Marchionibus, Comitibus* feuda accipiunt, hoc lo. omnes adæquatè dicerentur *Valvasores regis vel regni*; nisi & Rex aliquos ex istis *infeudare* s. feuda non *regalia* illis soleret concedere.

3. Respectu inferiorum ostenditur *Valvasorum majorum* potestas in eo, quod & ipsi feuda dare possint. Quo vocabulo hoc loco nō intelligenda est *subinfeudatio*, de qua *infr. tit. 4. §. 6 & aliis locis agitur*. Sed propriè indicatur facultas feuda de suis bonis *allodialibus* aliis conferendi. Cum enim & isti *Valvasores* opus haberent *parastatis*, quorum *servitiis* in bellis uterentur, concessum ipsis fuit, ut & ipsi *beneficiis* *feudalibus* *milites* semper & ad omnem *expeditionem* *paratos* sibi possent *conquirere* ac veluti *conducere*. Et quia de his *Valvasoribus majoribus* tantum dicitur, eos *feudum* dare posse, manifestum fit denuò *rusticum* aut *civem*,

civem, licet locupletem, feudum regulariter dare non potuisse, nō hodie posse, ut supra latè adstruximus, pag. 14. & seqq. Quorsu etiam pertinet, quod in §. ult. hujus tit. dubitatur. Utrum feud à minoribus Valvasoribus collata, feudorum propriè dictoru nomine censenda sint: Quantò magis ergò dubitandum esset beneficiis, si quæ minimi Valvasores dare possent *conf. tit. 16.*

4. Enimverò de his qui à minoribus Valvasoribus feuda accipiunt, hoc tantum isto loco prædicatur & effertur: eos *valvasores minores dici*, non etiam quod feudum queant de bonis suis conferre. Unde apertè intelligitur, isto loco designari hac appellatione Vasallos minimos *1. feud. 7. ibi: à minoribus vel minimis: & clarius 1. feud. 15. ibi: Hoc dicimus 1. de Capitaneis (sc. regni) & 2. de majoribus Valvasoribus, & 3. de minoribus: De minimis autem 4. sic servatur & c. jung. tit. seq. 16.* Appellatur hi alio nomine Valvasini *2. feud. 10. ibi: Qui autem à Valvasoribus feudum* NB. quod à Capitaneis habebatur acceperint, Valvasini id est *minores Valvasores appellantur.* Intelligitur 2. in summa hoc dicitur Feudistam velle: Eos demum feudum dare posse, qui vel sunt Capitanei regni vel Valvasores: Non autem dare posse & constituere feuda Valvasinos, hoc est, eos, qui neque ab Imp. neque à Capitaneis regni; Sed tantum ab aliquo Valvasorum feuda teneant **gemeine Lehen. Leute oder Aufwärter.** Intelligitur 3. ex rare Pancirollam *libr. 1. variar. cap. 88.* quando scribit: *Valvasores demum à Friderico II. originem traxisse:* Hunc enim bellum cum Pontifice & Guelfis gerentem, Mediolanenses præcipuum partium suarum populum, Valvasores appellasse; quod contigerit anno 1259. Idque ex Flavio Blondo confirmare nititur qui *lib. 8. histor. decad. 2.* scribat: Fuisse proditoris authores Capitaneos & Valvasores, quos Fridericus II. eo cognomine notato potius, quàm honestatos; priores suarum partium voluerit recognosci. Sed præter loca superius adducta, quæ ævo Gerhardi & Imp. Friderici I. natales imputant; Etiam Otho Frisingens. dicit *gest. Frider. I. Capitaneorum & Valvasorum meminit l. 1. c. 12.* U

alia multa omittamus. Blondi a. verba non de prima inventione;

Sed de simulata applicatione erunt accipienda.


ULB Halle
005 049 822


3



VD 17







TRACTATIONES FEUDALES.

De

**JURE FEUDALI
IN GENERE**

ET

**DE PERSONIS QUÆ
FEUDARE POSSUNT.**

AUSPICIIS AC DUCTU

VIRI MAGNIFICI NOBILISSIMI

AMPLISSIMI & CONSULTISSIMI

DN. JOH. OTTON. TABORIS

Jeti eminentissimi, Serenissimi Hassiæ &c. aliorumque Principum ac Statuum Imperii Consilarii, Universitatis LUDOVICIANÆ Cancellarii longè meritissimi & Professoris primarii

IN ALMA LUDOVICIANA

Publicis Disputationibus excussæ.



GISSÆ HASSORUM,
Typis FRIDERICI KARGERI. M. DC. LXVI.

Si

1666, 1
8

